De personificationis

quae dicitur

usu Taciteo

scripsit

F. Meyer.

Gottingae.
Typis expressit officina Hoferiana.
MDCCCLXXXIV.

Tac. D[1]) 24, 15 legitur: „exprome . . causas cur tantum ab eloquentia eorum recesserimus, cum praesertim centum et viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit" (Farnesianus habet „colligitur") atque IV, 9, 10 Mediceus alter praebet: „eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit: fuere qui et meminissent". De utriusque loci lectione dubitatum est. Priore enim loco Schultingius, cum activam formam verbi colligendi non congruere cum substantivo quod est ratio censeret, ut eam difficultatem tolleret, „ratione" scribi voluit. Altero loco Nipperdeius Madvigii coniecturam pro eo quod in Mediceo est „oblivione" legentis in contextum verborum recepit. Atque ego haec hominum doctorum maxime Nipperdei iudicia mecum considerans exempla Tacitea, quibus innixus aut codicum auctoritatem defenderem aut illorum sententias probandas esse intellegerem, circumspicere constitui: qua in re longius provectus in personificationis quae dicitur usum inquirere animum induxi, idque mihi eo magis faciendum esse putavi, quod neque quae editores de hac re annotavissent neque quae Draegerus in eo libro qui inscribitur „Ueber Syntax und Stil des Tacitus" §. 257 exposuisset satisfacere iudicabam. Gerberus quidem et Greefius, editores Lexici Tacitei (cuius fere dimidia pars emissa est), cum in vocabulis disponendis circumspecto iudicio utantur et diligentissime omnia moneant, quae ad vim et usum vocabulorum intellegenda et recte iudicanda valent, etiam hanc rem ubi per vocabulorum dispositionem fieri potuit tetigerunt. Nec ignoravi ex hac disputatione verum et solidum fructum nasciturum fuisse, si et priores scriptores et Taciti aequales comprehendissem, ut quid eius proprium esset, quid cum ceteris ei commune intellegeretur. Sed cum huic tanto labori eo minus parem me esse viderem, quod vix Tacito satis fecisse visus sum, ea comparatione omissa pauca quaedam quae in promptu mihi erant, attulisse satis habui.

Atque personificationem[2]) cum dico, hoc loco eam dicendi formam intellego, cum res et substantiva abstracta subiectorum quae dicuntur locum ita obtinent, ut cum verbis agendi coniungantur. Latius hunc usum patere nolo.[3]) Excludo igitur eos locos, ubi adiectiva et substantiva, quae animantium propria sunt, ad res transferuntur.

---

[1]) Ad significandos Taciti libros notis usus sum eis quae in Lex. Tac. inveniuntur.

[2]) Res nusquam Tacitus loquentes finxit.

[3]) Ob eam causam quasi praeteriens mentionem facio horum locorum: A 22, 9 intrepida ibi hiems i. e. hiemantes. 25, 20 ne superante numero et peritia locorum circumiretur i. e. a peritis locorum. 1, 31, 20 non unus haec . . nec apud trepidas militum aures, . . sed multa seditionis ora vocesque. Similiter Liv. 28, 25, 3 „stupente ita seditione": de quo loco cf. quae annotavit Naegelsb., „Stilistik" pg. 41. 15, 62, 6 lacrimas eorum . . ad firmitudinem revocat. — Multo latiores fines huic rei constituit Hensius „Poetische Personification in griechischen Dichtungen mit Berücksichtigung lateinischer Dichter und Shakspere's". Halle 1868.

Priusquam autem ad rem ipsam accedam, pauca videntur monenda esse. Non audaciora hoc in genere leguntur eis locis, ubi elatiore et sublimiore oratione Tacitus utitur quam ubi vitato verborum ornatu res gestas narrat. Quam ob rem in tractatione rei ea exempla, quae in orationibus et descriptionibus inveniuntur, a ceteris non seiunxi. Itaque quid scripserit, non quo dicendi genere usus scripserit exponam. Primum igitur dicam de nominibus terrarum et urbium loco hominum positis, quibus reliquarum rerum nomina addam eadem vi usurpata; deinde earum rerum et abstractorum, quibus hominum notione non subiecta actio tribuitur, genera proponam; tum ea afferam, quae ad rationes revocari non potuerint. Hunc rerum ordinem ita servabo, ut qui loci propter similitudinem singulis generibus apte adiungi possunt, adiungam.

Ei, qui de arte latine scribendi praecipiunt, vulgo docent scriptores aureae aetatis nomina terrarum et urbium loco gentium et civium non ita usurpare solere, ut verba agendi cum eis coniungant. Quod ut de universa re recte statuitur, ita apud illos ipsos scriptores non pauca eius rei vestigia reperiuntur. Ac Cicero quidem quo modo hoc dicendi genere usus sit ut recte iudicetur, accuratioribus observationibus opus videtur esse neque ipse paucis illis locis, quos homines docti collegerunt, quidquam praeter div. in Caec. §. 30 „queritur Sicilia tota" addere possum. Nec simplex Caesaris ac sincera oratio illum usum sprevit: b. g. 5, 22, 4 quid in annos singulos vectigalis populo Romano Britannia penderet constituit. 29, 4 ardere Galliam. 29, 6 si Gallia omnis cum Germanis consentiret. 7, 10, 1 ne . . cuncta Gallia deficeret. Idem apud Hirtium 8, 30, 1. 39, 2 ne universa Gallia . . sibi . . defuisse . . constantiam putaret. 49, 2 quod (sc. bellum) omnis Gallia libenter . . susciperet. Ab his locis paulum differunt ei, qui leguntur b. c. 3, 12, 2 neque sibi iudicium sumpturos contra atque omnis Italia populusque Romanus iudicavisset. 12, 4 „hos sequuntur Bullidenses, Amantini et reliquae . . civitates totaque Epiros et . . pollicentur" propterea quod verba agendi adiuncta sunt nominibus personarum. Seiungendum ab his b. c. 3, 79, 2 Caesarem Apollonia a directo itinere averterat i. e. iter ad id oppidum. Atque ut paulum declinem a proposito, his locis omnibus Caesar Gallos intellegit, cum nomine terrae utitur: b. g. 1, 20, 4 futurum, ut totius Galliae animi a se averterentur. 5, 27, 5 esse Galliae commune consilium. 7, 29, 6. 76, 2 tanta universae Galliae consensio fuit. 6, 1, 3 magni interesse . . ad opinionem Galliae existimans. 1, 17, 4. 45, 2. 2, 35, 1. 3, 28, 1. 5, 5, 4. 41, 3. 58, 7. 6, 1, 1. 7, 1, 1. 43, 5. 66, 1. 77, 7. Sallustiana exempla (historiarum fragmenta non omnia complector) pauca notanda sunt: b. Jug. 114, 1 advorsum Gallos . . male pugnatum est: quo metu Italia omnis contremuit. Orat. Phil. §. 8 (ed. Dietsch) Etruria atque omnes reliquiae belli arrectae; aliter dictum est epist. Pomp. §. 9 Gallia . . Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit et nunc malis fructibus ipsa vix agitat. De hoc Nepotis usu exposuit Lupus, „Sprachgebrauch des Cornelius Nepos" pg. 207. Timol. 5, 4. Crebriores sunt loci Liviani: 6, 3, 2 Etruria . . omnis armata Sutrium . . obsidebat. 10, 3, 2 Etruriam rebellare . . nuntiabatur. 27, 38, 6 Etruriam erectam in spem rerum novarum. 29, 36, 10 consul . . iudiciorum terrore Etruriam continet, totam . . ad spem novandi res versam. 8, 11, 14 Cumanos Suessulanosque eiusdem iuris condicionisque cuius Capuam, esse placuit. Hic locus (cf. infra 30, 19, 10) notabilis est quod iuxta ponuntur nomina urbis et gentium. Sed aliter comparatus est

locus 7,38,5 minime salubris militari disciplinae Capua instrumento omnium voluptatium delenitos militum animos avertit a memoria patriae. 27, 1, 14 Herdeoneam .. defecturam fuisse . . nec mansuram in fide. 39,9 duas . . urbes . . de imperio et opibus certare. 28, 22, 2 Astapa urbs, Carthaginiensium semper partis. 28, 15 Africam Italiae, Carthaginem urbi Romanae imperare velletis. 42, 16 talem praesidem sibi patria atque universa Italia retinet. 29, 6, 1; sed 27, 7, 3 „Hasdrubalis transitus in Italiam vix Hannibali . . subsistentem“ et gentes et omnia quae ad Hannibalem impugnandum valent intelleguntur. 29, 3, 6 Hispaniae rebellantis tumultu .. compresso; cf. 27, 17, 2. 35, 32, 14. 38, 51, 3. 29, 6, 1 (Locri urbs) defecerat . . ad Poenos. 37, 11, 15 Cyme aliaeque . . urbes defecerunt; (aliter 38, 28, 7 una civitas . . Samaei desciverunt). 35, 1, 3 oppida ad eum defecerunt. 30, 19, 10 Consentia, Aufugum, . . Clampetia multique .. populi .. defecere. 32, 2 Roma an Carthago iura gentibus darent, . . scituros. cf. 28, 42, 18. 38, 50, 7 duas .. urbes ingratas . . inventas, Romam ingratiorem, si quidem victa Carthago victum Hannibalem . . expulisset, Roma victrix victorem Africanum expellat. 35, 1, 3 nec dubium est, quin omnis Hispania sublatura animos fuerit; (aliter 28, 5, 4. 37, 48, 4). 17, 1 si Smyrna et Lampsacus imperata faciant; (aliter 37,16,2 civitates, .. Miletus .. Cnidus Cous, imperata .. fecerunt). 36, 3, 6 Ostia .. et Minturnae et Sinuessa .. cum praetore de vacatione certarunt. 31, 1 Messene .. ab Achaeis, quod concilii eorum recusarat esse, oppugnari coepta est. 37, 15, 3 omnia Asia praebente.. 12, 1 Abydus cum per aliquot dies obsidionem tolerasset. 38, 29, 9 „quattuor menses obsidionem Same sustinuit“: quamquam his duobus locis non cives solum intelleguntur, sed etiam omnia, quae ad obsidionem sustinendam idonea sunt; etiam 36, 31, 1 notiones civium et oppidi coniunctae sunt; cf. 7, 9, 8 Roma virum fortissimum habet. Ex Kühnastii libro qui inscribitur „Die Hauptpunkte der Liv. Syntax“ pg. 293 addo 25, 36, 16 Hispaniae ipsos lugebant. Sed parum recte idem iudicavit de 45, 22, 6 „Messana . . oppugnata Carthaginienses, Athenae oppugnatae et Graecia in servitutem petita . . Philippum hostem fecerunt“. Ibi enim vis posita est non in nominibus urbium et terrae, sed in participiis: pertinet igitur hic locus ad ea exempla, de quibus infra dicam. — Apud Tacitum[1]) hoc dicendi genus latissime patet et excepto dialogo, in quo eius admittendi non videtur oblata esse occasio, aequaliter per omnes libros invenitur. A 8, 2 Britannia[2]) consularem . . Cerialem accepit. 31, 8 Britannia servitutem suam quotidie emit, quotidie pascit. 15, 13 Germanias excussisse iugum. IV, 17, 4 Germaniae misere legatos auxilia offerentes. 21, 12 excita nuntiis Germania ad praedam famamque. 28, 1 Civilem inmensis auctibus universa Germania extollebat. G 37, 15 quid aliud nobis .. Oriens obiecerit? II, 6, 4 (bellum) longa concordia quietus Oriens . . parabat. Paulo aliter A 30, 19 quos non Oriens, non Occidens satiaverit. IV, 17, 20 servirent Suria Asiaque et suetus regibus Oriens. A 31, 21 ostendamus, quos sibi Caledonia viros seposuerit. I, 2, 5 turbatum Illyricum, Galliae nutantes, perdomita Britannia. 61,3 Fabius Valens allicere, vel si abnuerent vastare (cf. Nipp.-Andresen ad 14, 23, 13) Gallias iussus. 62, 2 dum Galliae trepident, dum Hispaniae cunctentur. II, 32, 5 quoniam Galliae tumeant. III, 44, 4 nec Galliae

[1]) Monendum videtur nusquam eum urbem Romam dixisse pro Romanis vel populo Romano.

[2]) Aliter A 12, 18. 24, 5. — De situ locorum cf. A 24, 3. G 5, 3. 4, 67, 12. 12, 32, 5. 14, 9, 7.

cunctabantur. 53, 17 suis exhortationibus Gallias Hispaniasque . . ad Vitellium conversas. IV, 12, 3 descivisse Gallias. 17, 13 si Galliae iugum exuant. 26, 2 dilectum . . Galliae aspernantes. 55, 20 disceptaturas Gallias, quem virium suarum terminum velint. 1, 71, 5 certavere Galliae, Hispaniae, Italia. I, 76, 4 conversam ad Vitellium Hispaniam. III, 70, 14 Hispaniis . . et Britannia desciscentibus. 4, 37, 1 Hispania ulterior missis . . legatis oravit. I,10,6 Africa ac legio in ea . . contenta qualicunque principe. IV, 38, 4 descivisse Africam. I, 76, 5 ne Aquitania quidem, quanquam ab Iulio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit. II, 58, 1 accessisse partibus utramque Mauretaniam. 1, 76, 6 Achaiam ac Macedoniam onera deprecantis levari . . placuit. 3, 38, 11 Thraecia . . insolentia nostri discors agebat neque minus Rhoemetalcen quam Trebellenum incusans. 4, 5, 16 si repentinum auxilium Italia posceret i. e. res Italiae. III, 34, 10 inritam praedam militibus effecerat consensus Italiae, emptionem talium mancipiorum aspernantis. 11, 23, 6 non adeo aegram Italiam ut senatum suppeditare urbi suae nequiret.. 12, 43, 11 olim Italia legionibus longinquas in provincias commeatus portabat. 13, 4, 12 consulum tribunalibus Italia et publicae provinciae adsisterent. 16, 5, 2 severa adhuc et antiqui moris retinente Italia. 14, 58, 6 Asiam favore iuvenis arma cepisse. 13, 33, 2 Celerem Asia accusante . . Caesar traxit; at paulo post orationem variat: v. 5 Capitonem Cilices detulerant; v. 9 a quo Lycii res repetebant. 14, 57, 11 erectas Gallias ad nomen dictatorium, . . suspensos Asiae populos claritudine avi Drusi; eadem variatione III, 59, 4 erectus Samnis Paelignusque et Marsi aemulatione, quod Campania praevenisset. IV, 14, 22 consanguineos Germanos, Gallias idem cupientis.[1])

Quem ad modum vocabulo, quod est civitas, ita usus est Tacitus, ut „urbem“ significet (cf. Lex. Tacit. pg. 173), sic[2]) „urbi“ nonnunquam vim „civitatis“ tribuit. Huc non pertinet G 37, 6 sescentesimum et quadragesimum annum urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, sed III, 79, 3 tremere urbem . . accepit. 12, 50, 5 urbes Armeniorum Artaxata et Tigranocerta iugum accepere. 4, 15, 14 decrevere Asiae urbes templum Tiberio. 55, 3 legatos Asiae . . audivit. undecim urbes certabant (sc. per legatos), pari ambitione, viribus diversae.

Municipiis, coloniis, provinciis actionem tribuit II, 20, 3 ornatum ipsius municipia et coloniae in superbiam trahebant. III, 57, 8 municipia coloniaeque . . municipalem aemulationem bellis civilibus miscebant. 14, 10, 8 Campaniae municipia . . legationibus laetitiam testari. A 18, 6 eo initio provincia erigitur. II, 32, 9 provinciam Narbonensem . . adverso proelio contremuisse. 81, 8 quidquid provinciarum adluitur

---

[1]) Gentes significantur, sed non inducuntur agentes: A 16, 8 (Britanniam) unius proelii fortuna veteri patientiae restituit cf. 5, 9. G 37, 10 tam diu Germania vincitur. I, 10, 1 Oriens adhuc inmotus. 8, 4 Galliae . . obligatae recenti dono Romanae civitatis. 61, 3 allicere . . vel . . vastare Gallias. 63, 8 terror Gallias invasit. 2, 5, 10 fessas Gallias ministrandis equis. 3, 44, 3 adsumptos in societatem Germanos, dubias Hispanias. 5, 10 ,1 Asia atque Achaia exterritae sunt acri . . rumore, et aliis locis permultis. D 39, 18 pars Italiae periclitantibus adsisteret. I, 51, 14 pars Galliarum, quae Rhenum accolit, easdem partes secuta. 14, 26, 14 partes Armeniae . . Antiocho parere iussae sunt.

[2]) Eodem modo dicitur I, 20, 10 ubique hasta et sector, et inquieta urbs sectionibus. 50,3 trepidam urbem . . novus . . de Vitellio nuntius exterruit. 13, 6, 4 in urbe sermonum avida. I, 88, 8 motae urbis curae. — A 4, 11 „sedem ac magistram studiorum Massiliam habuit“ notionem loci et hominum coniunxit.

mari . ., iuravere. 1, 2, 12 neque provinciae illum rerum statum abnuebant. 2, 42, 23 provinciae Suria atque Iudaea . . deminutionem tributi orabant. 4, 15, 8 ut procurator Asiae . . accusante provincia causam dixerit. 13, 4, 12 cf. supra.[1]) — Semel „ora“ ita usus est Tacitus, ut ei intellegantur, qui eam incolunt III, 60, 12 „pulcherrimam Campaniae oram descivisse“: qua in re non recessit ab usu Ciceroniano cf. locum iam ab aliis allatum de imp. Cn. Pomp. §. 67 ora maritima . . Pompeium . . propter animi continentiam requisivit. Notionem loci et hominum coniunxit IV, 72, 6 stare in confinio Germaniae integram sedem . . ducum caedibus ovantem. Insulanos intellegi vult, cum insulam dicit II, 16, 2 insulas fama victricis classis in partibus Othonis tenuit; paullo aliter dictum est A 14, 13 Monam insulam ut vires rebellibus ministrantem adgressus.

Praeterea nominibus rerum personae significantur I, 31, 17 Germanica vexilla diu nutavere 3, 21, 5 ut vexillum veteranorum . . Tacfarinatis copias . . fuderint. III, 2, 23 sedecim alarum coniuncta signa . . operient . . equites equosque. De „armis“ loco armatorum vel exercitus cf. Lex. Tac. pg. 100. Classi[2]) nonnunquam id tribuitur, quod classiariorum est: A 7, 2 classis Othoniana licenter vaga dum Intemelios . . populatur, matrem Agricolae . . interfecit, praesidiaque . . diripuit. 10, 15 Romana classis circumvecta insulam esse Britanniam adfirmavit. 29, 5 praemissa classe, quae pluribus locis praedata . . . III, 12, 12 classis . . praefectum sibi destinat. 60, 12 Misenensem classem . . descivisse. (II, 100, 13). Similiter dixit 2, 24, 14 „(naves) misit, ut scrutarentur insulas“ ubi actio scrutandi nautarum magis est quam navium. De „domo“ ea significatione, ut sit familia cf. Lex. Tac. pg. 314 II) A) a).

Hoc personificationis genere transacto ad eas res atque substantiva[3]) abstracta transeo, in quibus vis personarum non inest. Initium facio a corpore, partibus et qualitatibus corporis desideriisque naturalibus. 14, 8, 3 alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare. 15, 63, 13 senile corpus . . lenta effugia sanguini praebebat. 6, 50, 1 iam Tiberium corpus, iam vires . . (deserebant). 4, 63, 3 si confusior facies, sed par forma aut aetas errorem adgnoscentibus fecerat. D 9, 6 haec ipsa . . aures tuae . . respuant. A 45, 6 nostrae duxere Helvidium in carcerem manus. III, 20, 17 gladiisne . . perfringere . . muros ullae manus possunt? 1,59,7 quorum tot manus unam mulierculam avexerint. IV, 71, 8 securi velut confecto bello, quod Romanae manus excepissent. III, 22, 14 nihil animus aut manus, ne oculi quidem provisu iuvabant. 16, 15, 10 venae quamquam interruptae parum sanguinis effundebant. 2, 41, 11 augebat intuentium visus eximia ipsius species currusque quinque libris onustus. Audacius dictum videtur A 11, 4 rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus Germanicam originem adseverant; Silurum colorati vultus, torti plerumque crines et posita contra Hispania . . fidem faciunt. D 21, 4 „quos alios in eodem valetudinario haec ossa et haec macies probant“, ubi „ossa et macies“ de exili genere dicendi usurpata sunt cf. 21, 36 oratio . . ea . . pulchra est, in qua non eminent venae . ., sed temperatus et bonus sanguis implet membra . . ipsosque nervos rubor tegit et decor commendat. — De naturalibus desi-

---

[1]) Praeter hos locos cf. A 6, 8. 8, 2. 32, 22. I, 11, 5. II, 80, 15. 1, 47, 14. IV, 69, 8. V, 1, 3. 2, 72, 6.

[2]) cf. Lupus „Sprachgebrauch“ pg. 209.

[3]) De subst. abstr. ea vi usurpatis, ut personae significentur, non dico.

deriis 4, 49, 9 nihil aeque quam sitis fatigabat. 49, 13 quos vulnera, quos sitis peremerat. 15, 45, 17 agrestibus pomis, ac si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat. 14,38,7 nihil aeque quam fames adfligebat.

Res*) quae a natura genitae vel hominum labore et manu factae sunt agentes saepissime finxit. 2, 17, 22 alios prorutae arbores adflixere. 13, 58, 1 quae (sc. arbor) .. Romuli infantiam texerat. G 45, 27 sucinum . . alit flammam. V, 6, 21 (liquor) . . onerat (sc. naves). IV,23,14 cf. paulo infra. — D 22, 19 oratorem . . non eo tantum volo tecto tegi quod imbrem . . arceat, sed etiam quod . . oculos delectet. 39, 5 quantum virium detraxisse orationi auditoria et tabularia credimus . . ? 39, 3 quantum humilitatis putamus eloquentiae attulisse paenulas istas. 4, 62, 14 spectaculo intentos .. praeceps trahit atque operit (sc. moles). 15, 43, 5 additis porticibus, quae frontem insularum protegerent. IV, 78, 3 impedientibus tentoriis. II,77,8 Mosellae pons, qui ulteriora coloniae adnectit. 34, 12 claudebat pontem imposita turris. V, 11, 4 duos colles . . claudebant muri. III, 18, 12 propinqua . . moenia . . minorem ad resistendum animum dabant. IV, 71, 20 nec deterruere ea munimenta Romanum ducem. 12, 35, 2 additum vallum .. terrebat. II, 34, 9 iactis .. ancoris, quae firmitatem pontis continerent. A 36 ,8 gladii sine mucrone . . in arto pugnam non tolerabant. III, 23, 6 ballista ingentibus saxis hostilem aciem proruebat. lateque cladem intulisset, ni . . . 29, 5 (ballista) ut ad praesens disiecit obruitque quos inciderat, ita .. summa valli ruina sua traxit. IV, 30, 7 praecipuum pavorem intulit . . nutans machinamentum. 23, 24 excussa ballistis saxa stravere . . opus. 30, 3 quam (sc. turrim) . . promoti contra validi asseres et incussae trabes perfregere. III, 82, 7 vexilla . . speciem hostilis exercitus fecerant. IV, 22, 12 hinc . . cohortium signa, inde .. ferarum imagines .. obstupefecerant obsessos. 3, 2, 5 centurionum umeris cineres portabantur; praecedebant incompta signa, versi fasces. — G 44, 8 prora paratam semper adpulsui frontem agit. V, 21, 9 Classicum . . lintres travexere. 2, 6,5. 79, 2 quae (sc. naves) Agrippinam vehebant.14, 37, 6 terga praebuere, difficili effugio, quia circumiecta vehicula saepserant abitus. 13, 57, 22 tegmina corpori derepta iniciunt (sc. in ignes), oppressura ignes. 5, 7 quod (sc. velum) visum arceret, auditus non adimeret. — G 9, 5 signum ipsum (sc. Isidis) .. docet. 2, 32, 3 ne imago Libonis exsequias posterorum comitaretur. 83, 5 ludos circenses eburnea effigies praeiret. 61, 2. III, 71, 20 aquilae vetere ligno traxerunt flammam alueruntque. 3, 54, 21 nisi provinciarum copiae et dominis et servitiis et agris subvenerint, nostra nos scilicet nemora nostraeque villae tuebuntur. Insolentius dictum est G 27, 4 „sepulcrum caespes erigit“ quo cum loco comparari vix potest V, 6, 9 praecipuum montium Libanum erigit (sc. terra). 1, 61, 7 prima Vari castra lato ambitu .. trium legionum manus ostentabant. 6, 17, 7 primo concursatio et preces, dein strepere praetoris tribunal cf. infra II, 62. 84.

---

*) Conferri potest usus plane similis Caesarianus b. g. 1, 38, 6. 2, 17, 4. 32, 1. 3, 14, 6. 4, 17, 9. 6, 37, 5 reliquos aditus locus ipse per se munitioque defendit. 5, 43, 2 locus notabilis: „hae (sc. casae) .. ignem comprehenderunt et venti magnitudine in omnem locum castrorum distulerunt“ (quocum cf. b. c. 2, 14, 2). 7, 23, 4. 85, 6. b. c. 1, 68, 2. 2, 2, 1. 3, 19, 6. — Liv. 27, 16, 8 murus . . urbem ab arce dirimebat. 28, 2, 8 virgulta ordines dirimebant. 6,2 (viam) turris . . claudebat. 38, 28, 11. Loci satis memorabiles sunt 28, 33, 5 (tela) incitare magis quam decernere pugnam poterant. 35, 21, 6 saxum ingens . . multos oppressit.

2, 23. 12, 16, 9 „eductae altius turres facibus atque hastis turbabant obsessos“ id turribus tribuitur, quod homines ex eis faciunt. — De aliis rebus, quae hanc rationem sequuntur cf. 2,24,7 miles fame absumptus, nisi quos corpora equorum . . toleraverant. 16, 10, 14 (alimenta) quae mortem arcerent. 1, 10, 7. 13, 16, 8.

Locis*) tribuit actionem D 12, 1 nemora et luci et secretum ipsum . . adferunt voluptatem. G 16, 13 rigorem frigorum eius modi loci molliunt. Alia significatione „locus“ legitur III, 51, 13 res locusque exempla recti . . poscet. III, 17, 7 iuvit locus. V, 11, 16 ubi mons iuvisset. 12, 55, 8 duri circum loci . . equestre proelium haud patiebantur. 1, 64, 18 porrigebatur planities, quae tenuem aciem pateretur. III,35,2 adsidere . . urbis ruinis . . humus haud diu permisit. 13, 35, 12 hieme saeva adeo, ut obducta glacie nisi effossa humus tentoriis locum non praeberet. V, 13, 18 quando impetus et subita belli locus abnueret. Lex. Tac. docet aliis locis verbum abnuendi nisi hominibus non adiungi. III, 84, 23 in Palatium regreditur vastum desertumque. . . terret solitudo et tacentes loci. G 43, 9 scindit Suebiam continuum montium iugum. 2, 19, 7 deligunt locum . . silvis clausum . .: silvas profunda palus ambibat. 20, 14 hostem a tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebant. V, 19, 10 velut abacto amne tenuis alveus . . continentium terrarum speciem fecerat. IV, 62, 12 detexit ignominiam campus et dies. V, 6, 11 amnem Iordanen alit funditque (sc. Libanus mons). 4, 67, 12 prospectabat (sc. insula) pulcherrimum sinum, antequam Vesuvius mons ardescens faciem loci verteret. 12, 35, 2 additum vallum, imminentia iuga . . (terrebant). IV,83,8 quae (sc. sedes) excepisset (sc. effigiem dei). 1, 23, 14 ceteros latebrae texere. 14, 58, 2 spatium itineris ac maris . . moverat famam. — G 5, 8 nullam Germaniae venam argentum . . . gignere. Audax personificatio invenitur G 30, 4 Chattos suos saltus Hercynius prosequitur . . ac deponit. Insolentius dixit etiam 4, 59, 5 eius (sc. specus) os lapsis repente saxis obruit quosdam ministros. V, 23, 6 Mosae os amnem Rhenum Oceano adfundit. Communem dicendi consuetudinem secutus est 2, 6, 19 (Mosae) immenso ore . . in Oceanum effunditur (sc. Rhenus). Verbum strependi ad loca transfertur, ubi strepitus fit II, 62, 6 strepentibus ab utroque mari itineribus. 84, 1 armorum paratu strepere provinciae. Minus insolenter dicitur 2, 23, 4 aequor mille navium remis strepere. De A 12, 13 „extrema et plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras“ cf. interp. Ab his locis paulum differt D 38, 3 „eloquentiam illud forum magis exercebat“: ibi vis posita est non in loco ipso, sed id dicitur, qualis consuetudo veteris fori fuerit.

Mari, fluminibus, igni, ventis tribuitur actio A 10, 24 nusquam latius dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre. G 1, 3 cetera Oceanus

---

*) Caes. b. g. 1, 1, 2 Gallos ab Aquitania Garumma flumen dividit. 2, 3. 33, 4. 8, 1 qui (sc. mons) fines Sequanorum ab Helvetiis dividit. 5, 11, 8. 1, 38, 4. 7, 59, 6. 68, 2 mons Cevenna, qui Arvernos ab Helviis discludit, iter impediebat. — 62, 9 quos non silvae montesque texerunt. 6, 10, 5 (silvam) Cheruscos ab Suebis . . prohibere. 7, 19, 1 hunc collem palus . . cingebat. 26, 2 palus . . Romanos . . tardabat. 57, 4. 69, 4 colles . . oppidum cingebant. b. c. 51, 3 hos omnes flumina continebant. 3, 36, 5. Audacius dixit 6, 34, 2 ubi cuique aut valles abdita aut locus silvestris aut palus impedita spem . . offerebat. Quae apud Livium observavi, non differunt ab usu Caesariano: propter Tac. III, 17, 7. V, 11, 16 affero Liv. 38, 21, 4 Gallos loco iuvante.

ambit[1]) latos sinus . . complectens. IV, 12, 8 quam (sc. insulam) mare Oceanus a fronte, Rhenus amnis tergum circumluit. 15, 4, 5 amnis . . partem murorum ambit. 2, 6, 13 Rhenus . . modicas insulas circumveniens . . in duos amnes dividitur, servatque nomen . ., mox id quoque vocabulum mutat.[2]) 12, 35, 2 obiectus amnis . . terrebat. 13, 39, 29 (amnis Araxes) moenia adluit.[3]) G 1, 9 Danuvius . . pluris populos adit. — 6, 37, 7 „nuntiavere accolae Euphraten . . immensum attolli, simul . . in modum diadematis sinuare orbes": ubi loci natura postulat, ut agens flumen inducatur. — A 12, 20 gignit Oceanus margarita. G 17, 8 quas (sc. beluas) . . Oceanus atque . . mare gignit. V, 6, 15 lacus . . pisces . . (non) patitur. 6, 17 bitumen egerit (sc. lacus). G 44, 15 hostium incursus prohibet Oceanus. III, 17, 8 qui (rivus) . . fugam impediebat. 2, 23, 6 fluctus prospectum adimere, regimen impedire. 23, 14 aestus eodem quo ventus ferebat. III, 69, 28 hibernus imber . . oculos . . impediebat. 77, 13 mare hausit (sc. naves). V, 23, 17 amnis . . humilem insulam . . opplevit. 1, 76, 1 Tiberis plana urbis stagnaverat. — 13, 57, 14 ignes . . vicos passim corripiebant ferebanturque in . . coloniae moenia. 15, 38, 6 ignis . . longitudinem circi corripuit. 18, 7 quamvis . . naves . . fortuitus ignis absumpsisset. IV, 54, 8 nihil aeque quam incendium Capitolii, ut . ., inpulerat. 60, 18 cunctos . . incendium hausit. 15, 38, 9 incendium inferiora (populatur). — 2, 23, 12 qui (sc. auster) . . rapuit disiecitque naves. 6, 33, 14 hibernus auster revolvit fluctus. 2, 54, 7 sacra Samothracum visere nitentem obvii aquilones depulere. 55, 14 cum orta tempestas raperet in abrupta (sc. inimicum). 26, 9 meminisset, quae venti et fluctus . . damna intulissent. Multo audacius haec duo substantiva coniunxit cum verbo delinquendi quod alibi nisi de hominibus non admisit 14, 3, 18 quem adeo iniquum, ut sceleri adsignet quod venti et fluctus deliquerint? Nec minus insolenter locutus est IV, 26, 7 „tamquam nos amnes quoque et vetera imperii munimenta desererent" quo uno loco hoc verbum ad res transtulit. Comparari potest is locus quem iam supra attuli A 10, 24 „nusquam latius dominari mare": ne hoc quidem verbo alibi simili modo usus est. Notabilis praeterea est locus, qui legitur 16, 13, 3 „vastata Campania turbine ventorum, qui villas . . disiecit pertulitque violentiam ad vicina urbi" ubi nihil impedivit, quominus etiam in priore enuntiati parte activa constructione uteretur.

Rebus caelestibus, quo in numero sunt sol, luna, sidera, deinde tonitrua et nubes, actionem tribuit III, 23, 11 donec . . luna . . ostenderet acies. 13, 55, 16 solem suspiciens et cetera sidera vocans quasi coram interrogabat, vellentne contueri inane solum: potius mare superfunderent adversus terrarum ereptores. Videtur hoc insolenter dictum esse; sed nihil habet singulare, quoniam dei ipsi intelleguntur. 14, 22, 1 sidus cometes effulsit, de quo vulgi opinio est, tamquam mutationem regis portendat.

---

[1]) Etiam passivam const. in his et talibus admissam esse videmus ex Lex. Tac.

[2]) In eodem enuntiato v. 18 vulgari dicendi genere usus est: verso cognomento Vahalem accolae dicunt i. e. accolae verterunt cog. et q. s.

[3]) Hoc uno loco Tacitus ab ea consuetudine dicendi, quam alibi secutus est, recessit: adluuntur enim aliis locis gentes, provinciae, sim. mari cf. Lex. Tac. Adicio A 10, 9 septentrionalia (Britanniae) . . aperto mari pulsantur. Caesar b. c. 2, 1, 3 passivam constr. praetulit: Massilia . . mari adluitur. Cicero utrumque dixit.

I, 18, 1 tonitrua et fulgura et caelestes minae .. turbaverant. 1, 28, 8 nubes offecere visui. V, 4, 18 pleraque caelestium . . cursus septenos per numeros complent. (Loc. corr.)

Semel „prodigia“ cum activo verbi terrendi conjunxit I, 86, 1.

His adiciendus videtur personalis usus substantivi quod est res, quem Tacitus multo rarius quam Caesar,[1]) Sallustius,[2]) Livius[3]) admisit. Praeter ea enim quae apud omnes scriptores Latinos trita sunt, „prout, si, ut, ubi res poscit vel poscere videtur“ (D 31, 30. G 35, 12. 44, 10. I, 79, 20. II, 5, 2. IV, 5, 1) pauca haec exempla leguntur. I, 35, 5 ut res docuit i. e. erfolg; ceteris locis significat „umstand, vorfall“. 12, 6 maturavit ea res Galbae consilium. II, 26, 3 quae res in proelio trepidationem auxit. 45, 9 ea res haesitationem attulit ignaris. III, 48, 1 advertit ea res Vespasiani animum. IV, 71, 8 auxit ea res Gallorum obsequium. 3, 25, 7 ea res admonet ut... 31, 8 parva res.. praebuit iuveni

---

[1]) Caesarianus usus (nusquam significat „ding“, saepe i. q. „id, hoc“) ex his exemplis cognoscitur: b. g. 2, 5, 5 „quae res et latus unum castrorum ripis fluminis muniebat et post eum quae essent, tuta ab hostibus reddebat et, . . ut . ., efficiebat“ ubi Krahner-Dittenberger: geläufiger wäre qua re muniebatur. Saepe coniungitur cum verbo afferendi cf. b. g. 1, 53, 6 quae . . res Caesari minorem quam ipsa victoria voluptatem attulit. 7, 10, 1. b. c. 1, 48, 3. 3, 33, 2. 111, 2. b. g. 1, 33, 2 multae res eum hortabantur. 3, 18, 6. 1, 46, 4 ea res colloquium . . diremisset. 4, 1, 9 quae res . . et vires alit et immani corporum magnitudine homines efficit cf. 6, 21, 4 hoc ali staturam, ali vires . . putant. 5, 4, 1 quae eum res ab instituto consilio deterreret. 48, 10 quae res omnen dubitationem . . expulit. 6, 67, 4 quae res et hostes . . tardabat et nostros . . confirmabat. b. c. 1, 26, 2 ea res . . impetus eius . . tardabat. 2, 39, 6 ne haec quidem res Curionem . . morabatur. 36, 7 quae res eorum perterritos animos confirmavit. 3, 84, 2 quae res . . confirmatiorem eius exercitum efficiebat. b. g. 7, 78, 2 si res cogat. 8, 8, 4 quae res .. stultas cogitationes incitabat barbarorum. b. c. 1, 61, 3 huic consilio suffragabatur etiam illa res, quod . . . 2, 25, 7 quae res omnium rerum copia complevit exercitum. 3, 112, 10 quae res apud milites largitiones auxit. Aliter b. c. 3, 84, 4 his erat rebus effectum, ut. 112, 6. 92, 3.

[2]) Sall. (saepe nihil aliud significat nisi „id, hoc“, non nunquam „zusammenhang“) Cat. 5, 9 res ipsa hortari . . videtur . . supra repetere. 7, 7 ea res longius nos ab incepto traheret. 18, 8 ea res consilium diremit. 20, 10 incepto opus est, cetera res expediet. 23, 4 ea res studia hominum accendit ad . . . 40, 5 nihil . . tam difficile esse, quod . ., dum ea res civitatem aere alieno liberaret. 50, 3 ut res atque tempus monebat. 50, 10 quem res tanta non permovit, eum oratio accendat? 52, 3 res monet cavere . . . 53, 2 lubuit adtendere, quae res maxime tanta negotia sustinuisset. 53, 6 quos quoniam res obtulerat. Iug. 12, 3. 17, 1. 35, 6. 52, 5. 54, 6. 70, 3. 85, 29 res postulat (poscit) . . 10, 2 neque res falsum me habuit. 42, 4 quae res . . magnas civitates pessum dedit . . 47, 2 id quod res monebat. 57, 3 clamor ingens oritur; neque ea res Numidas terret. 58, 4 animadvertit fugam ad se vorsum fieri, quae res indicabat popularis esse. 64, 4 quae res Marium . . vehementer accenderat. 75, 9. 79, 3. 95, 2 nos tanti viri res admonuit. Orat. Cottae §. 6. Orat. Macri §. 19. Eadem fere sententia usus est substantivis quae sunt factum et negotium Cat. 24, 2 quod factum . . popularis coniurationis concusserat. Iug. 54, 6. 56, 1.

[3]) In initio exemplorum Livianorum, quae in promptu habeo, ponendus videtur locus satis memorabilis 36, 23, 5 „cum multis urgerentur rebus, nullae eos res aeque ac vigiliae conficiebant“ ubi in posteriore enunciati parte constructione activa videtur usus esse, ne bis ablativus „rebus“ legeretur. 27, 9, 5 quod propediem res ipsa negatura sit. 14, 6. 26, 10. 32, 3. 28, 3, 9. 5, 10. 25, 8. 46, 12. 29, 2, 10. 14, 2. 30, 25, 7. 35, 10, 6. 19, 6. 23, 6. 25, 12. 26, 10. 27, 16 duae res perculerunt eum. 49, 4 quae res Antiochum et Aetolos coniunxissent. 36, 26, 3. 37, 1, 9. 10, 10. 23, 10. 33, 5. 49, 6. 57, 9. 38, 14, 9.

materiem apiscendi favoris. A quarto annalium libro hunc usum Tacitus vitavit supposuitque in locum „rei“ pronomina cf. paulo infra.

Adnecto usum rei familiaris fiscique, deinde rei publicae, contionum, magistratuum, legis. Atque res familiaris semel ita legitur D 9, 28 si res f. ita exigat. — Satis audacter dixit I, 46, 21 Otho fiscum suum vacationes annuas exsoluturum promisit: ad sollemnem usum rediit 58, 3 vacationes centurionibus ex fisco numerat (sc. Vitellius). — D 37, 29 res p. malos fert cives. 40, 25 nec tanti rei p. Gracchorum eloquentia fuit, ut pateretur et leges. A 6, 20 effecit, ne cuius alterius sacrilegium res p. quam Neronis sensisset. I, 84, 21 sic fit ut hinc res p... (constiterit). 14, 21, 13 cum eo sumptu res p. fungatur. — D 40, 1 contiones assiduae . . oratoribus faces admovebant. A 9, 9 ubi conventus poscerent. — D 36, 24 hos et praeturae et consulatus vocare ultro videbantur. I, 52, 23 Vitellio tres patris consulatus, censuram, collegium Caesaris et inponere . . imperatoris dignationem et auferre privati securitatem. cf. II, 78, 10.

„Legis“ usus Taciteus a consuetudine priorum scriptorum non recedit. 2, 36, 14 subverti leges, quae sua spatia exercendae candidatorum industriae .. statuerint. 51, 5 ut numerus liberorum in candidatis praepolleret, quod lex iubebat. 4, 34, 10 quos lex maiestatis amplecitur. 11, 22, 13 quod lex curiata ostendit. 15, 32, 4 lex Roscia nihil nisi de quattuordecim ordinibus sanxit. Notandus est locus, qui legitur 12, 60, 12 „cum Semproniis rogationibus equester ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursum Serviliae leges senatui iudicia redderent“ propterea quod prioris membri passivam constructionem sequitur activa. „Rogationi“ nullam videtur attribuisse actionem Tacitus cf. 6, 16, 9. Legis vim habet senatus consultum;[1]) itaque dixit 14, 43, 12 nondum concusso senatus consulto, quod supplicium toti familiae minitabatur. Non diversus est usus „iuris“. III, 51, 4 nec illis aut honorare eam caedem ius hominum aut ulcisci ratio belli permittebat. 2, 62, 10 quos (sc. negotiatores) ius commercii, dein . ., postremo oblivio patriae . . hostilem in agrum transtulerat. D 40, 1 ius potentissimum quemque vexandi quas oratoribus faces (admovebat). His adiungo 15, 49, 7 Lucanum propriae causae accendebant, . .: Lateranum . . nulla iniuria, sed amor rei publicae sociavit. A 9, 9 ubi . . iudicia poscerent.

Pronomina et adiectiva generis neutrius saepissime agentia finxit.[2]) D 14, 14 id ipsum delectat, quod. . . 2, 84, 2 quod . . principem gaudio adfecit. 84, 7 populo . .

---

[1]) cf. Liv. 35, 10, 9 obtinuit, ut praeferretur candidato, quem Africanus frater ducebat, quem Cornelia gens . ., quem tantum praeiudicium senatus. — Sall. Iug. 24, 3 neque mihi . . vostra decreta auxiliantur.

[2]) Rarior est hic usus apud Caesarem et Sallustium: b. g. 3, 10, 1 multa Caesarem ad id bellum incitabant. 7, 84, 5 omnia . ., quae absunt, vehementius hominum mentes perturbant. 8, 1, 8 ea, quae rerum novitate . . nos capiunt.

Sall. Cat. 13, 4 haec iuventutem . . ad facinora incendebant. 52, 21 alia fuere, quae illos magnos fecere. b. Iug. 31, 1 multa me dehortantur a vobis. 85, 45 quae ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt, omnia removistis. Epist. Mith. §. 3 ea, quae te morari posse videntur, ira in Tigranem recentis belli et meae res parum prosperae, . . maxime hortabuntur. — Liv. 27, 14, 13 alia, quae terrorem facerent. 47, 1 moram pugnae attulit quod. . . 47, 5 illud veterem ducem movit, quod... 29, 8, 8 nihil omnium, quae inopi invisas opes potentioris faciunt. 33, 10 haec animum inclinant,

id . . dolorem tulit. 3, 52, 14 quod . . retentum . . infamiam virorum inlustrium posceret. 66, 16 quod multos etiam bonos pessum dedit. 12, 66, 8 exquisitum aliquid placebat, quod turbaret mentem et mortem differret. 13, 41, 8 se . . Romanis permisere, quod salutem ipsis tulit. 14, 20, 12 „quod usquam corrumpi et corrumpere queat" ubi aliter dici non potuit. III, 9, 19 nihil . . quod . . corrumperet hostem. Passive 13, 55, 15. — II, 70, 9 quae perniciem ipsis fecere. III, 79, 8 quae . . metum fecerant. V, 19, 9 disiectis quae morabantur. 2, 75, 2 omnium quae ultionem morarentur intolerans. 3, 33, 8 inesse mulierum comitatui quae pacem . . morentur et Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus convertant. 2, 27, 3 reperta sunt quae rem publicam exedere. 3, 34, 7 pauca feminarum necessitatibus concedi, quae ne coniugum quidem penates, adeo socios non onerent. 71, 14 quae principe Augusto constituta satis ostendebant annuam absentiam . . Dialibus non concedi. 4, 33, 12 (haec) minimum oblectationis adferunt. 6, 30, 19 haec, mira quamquam, fidem ex eo trahebant, quod. . . 14, 54, 3 cetera invidiam augent. 59, 1 Plautum ea non movere. 15, 43, 17 ea ex utilitate accepta decorem . . novae urbi attulere. — III, 41, 13 paucis, quos adversa non mutaverant, comitantibus. I, 21, 2 Othonem . . multa . . exstimulabant, luxuria . ., inopia . ., . . ira, . . invidia. IV, 26, 1 dicordes animos multa efferabant, inopia . . et . . dilectum Galliae aspernantes. 1, 47, 3 multa et diversa angebant. 12, 33, 2 quem multa ambigua, multa prospera extulerant. 13, 15, 7 ceteris diversa nec ruborem adlatura (sc. iussit Nero). — D 36, 14 (contiones . . accusationes . . factiones, certamina) quae singula etsi distrahebant rem publicam, exercebant tamen . . eloquentiam et magnis cumulare praemiis videbantur. A 5, 11 quae cuncta etsi consiliis . . alterius agebantur, artem et usum et stimulos addidere iuveni. 15, 71, 17 Egnatia Maximilla, magnis primum et integris opibus, mox ademptis, quae utraque gloriam eius auxere. — In initio enuntiati (non numquam praemissa particula „sed") non raro legitur „nihil aeque" cum verbis agendi coniunctum; sequitur in enuntiato comparativo substantivum aut enuntiatum causale vel finale. Commemorasse hunc usum satis habeo: exempla non affero, cum omnia collecta et in ordinem redacta inveniantur Lex. Tac. pg. 55. — II, 54, 10 intendebat formidinem quod . . desertae partes forent. V, 10, 10 augebat iras quod . . non cessissent. 6, 40, 3 exterruit quod . . venenum hausit.

Actio tribuitur naturae, fortunae, necessitati eisque quae sunt his similia: IV, 64, 19 omnes terras fortibus viris natura aperuit. 1, 79, 11 optime rebus mortalium consuluisse naturam, quae sua ora fluminibus, suos cursus . . dederit. 15, 42, 6 quae natura denegavisset, per artem temptare. — G 45, 15 nec . . quae ratio (i. e. naturprocess) gignat (sc. sucinum) . . quaesitum. His locis eos adicio, ubi natura significat indolem unius cuiusque propriam. D 10, 11 quibus natura sua oratorium ingenium denegavit. 10, 20 natura te tua in ipsam arcem eloquentiae fert. 28, 27 ut . . unius cuiusque natura toto statim pectore arriperet artes honestas. 31, 20 prout cuiusque natura postulabit. Ad res transfertur 6, 37, 11 quia . . fluminum . . natura

---

ut. . . (Aliter 8, 21, 8 Weissb.) 30, 13, 9 eadem haec Syphaci animum dederunt. 34, 4 quod ipsum vim magnam ad pellendum hostem addebat. 37, 17, 10 movere ea Aemilium. 36, 9. 60, 4. 54, 5. 38, 43, 6. 27, 36, 4. Addo locos Taciteis de quibus supra dixi similes 38, 33, 5 nihil aeque alienaturum animos civitatis videbatur. 28, 26, 14 nihil aeque eos terruit quam . . colos imperatoris.

simul ostenderet omina raperetque. Eodem modo dicitur 11, 23, 10 memorari exempla, quae priscis moribus ad virtutem et gloriam Romana indoles prodiderit. 14, 16, 6 hi . . ipsi verba quoquo modo prolata supplere. quod species ipsa carminum docet. De „fortunae“ significatione cf. Lex. Tac. Sed cum editores aliud secuti sint in disponendo hoc vocabulo atque ego hoc loco sequor, exempla afferenda sunt. A 16, 8 Britanniam unius proelii fortuna veteri patientiae restituit. III, 17, 9 fortuna . . partes restituit. G 33, 10 nihil . . praestare fortuna maius potest quam hostium discordiam. 39, 11 adicit auctoritatem fortuna Semnonum. II, 1, 1 struebat . . fortuna . . initia causasque imperio. 12, 1 blandiebatur fortuna coeptis. 3, 18, 19 fama spe veneratione potius omnes destinabantur imperio quam quem futurum principem fortuna in occulto tenebat. 7, 4 Othonem fortuna superstitem faceret. III, 18, 15 anceps proelii fortuna . . equites . . adflictaverat. 46, 12 fortuna populi Romani Mucianum viresque orientis illuc tulit. 59, 9 ni Vitellium retro fortuna vertisset. IV, 58, 8 si fortuna . . virtusque deseruit. 2, 21, 9. 4, 1, 4 turbare fortuna coepit. 6, 6, 10 Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant. 13, 13, 11 quae prima aetas et summa fortuna expeteret. 12, 26, 5 nemo . ., quem non Britannici fortuna maerore adficeret. I, 65, 15. 15, 13, 10 quotiens fortuna contra daret. 16, 1, 1 inlusit . . Neroni fortuna. 11, 14 servavit ordinem fortuna. Simili modo usus est fato, sorte, forte, casu, necessitate. G 33, 9 urguentibus[1]) imperii fatis. D 17, 20 si eum . . fatum aliquod in urbem pertraxisset. II, 69, 6 principium . . bello parantibus fatis. — A 6, 6 sors quaesturae provinciam Asiam . . dedit (sc. ei). 13, 29, 4 sors deerrabat ad parum idoneos. — G 10, 8 si prohibuerunt (sc. surculi). — III, 21, 13 ut fors tulerat. IV, 1, 4 ut quemque fors obtulerat. 14, 5, 17. II, 8, 17 gliscentem . . famam fors discussit. IV, 29, 10 nihil prodesse virtus, fors cuncta turbare. 1, 28, 1 noctem minacem . . fors lenivit. 49, 5 cetera fors regit. 3, 5, 11 tanto plura decora mox tribui par fuisse, quanto prima fors negavisset. 4, 27, 2 servilis belli semina fors oppressit. — A 7, 9 non casus . . turmam facit, sed familiae. 1, 28, 11 quae casus obtulerat. — III, 17, 9 necessitas . . partes restituit. IV, 60, 4 quae (sc. animalia) profana foedaque in usum necessitas vertit. 3, 54, 25 pauperes necessitas . . in melius mutet. His comparari possunt I, 32, 13 alia praesens usus indixerat et 14, 55, 10 quod praesens condicio poscebat.

Venio ad usum temporis, anni, diei et quae sunt similia. Saepissime Tacitus quae tempore[2]) aliquo vel vi et natura temporis fiunt, ea tempus ipsum facere dicit. Ac de hoc anni et diei usu satis memorabili exponere mitto, quoniam omnia quae huc pertinent collecta sunt Lex. Tac. pg. 82 et 291. — Non eadem audacia usus est substantivo quod est tempus: paulo insolentius III, 32, 13 „tempus mercatus ditem . . coloniam maiore opum specie complebat“ quam reliquis locis videtur dixisse. A 41, 5 ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent. 3, 34, 16

[1]) cf. Liv. 5, 36, 6 iam urgentibus Romanam urbem fatis; idem legitur 22, 8. 22, 43, 9.

[2]) Apud Caesarem usus „temporis“ hic est: aut postulat aliquid tempus aut patitur aut affert aut moratur; „nox finem oppugnandi facit“ b. G. 2, 6, 4. Praeter ceteros afferendi sunt duo loci 4, 29, 1 qui dies maritimos aestus maximos . . efficere consuevit; 5, 44, 4 hic dies de nostris controversiis iudicabit. — Livianum usum „anni“ hoc in genere a Tacito non recedere homines docti iam observaverunt cf. 27, 6, 17. 40, 7.

sic temporibus rei p. postulantibus. 1, 5, 16 provisis quae tempus monebat. 6, 38, 4 non Tiberium . ., quae ceteros mollire solent, tempus, preces, satias, mitigabant. 14, 58, 2 tempus interiectum moverat famam. I, 39, 11 haesitationem attulit tempus et locus. 6, 7, 14 quod maxime miserabile tulere illa tempora. Rarius ita legitur „vetustas" 2, 83, 18 quaedam statim omissa sunt aut vetustas obliteravit. 15, 27, 2 apertis quae vetustas obsaepserat. Saepe hanc rationem sequitur nox. I, 80, 13 obsequia meliorum nox abstulerat. IV, 36, 11 pudorem nox ademerat. 1, 64, 8 nox . . legiones adversae pugnae exemit. 13, 15, 13 dissimulationem nox et lascivia exemerat. IV, 35, 11 donec proelium nox dirimeret.[1]) V, 20, 15. 12, 16, 10. II, 44, 11 Celsum nox iuvit. 1, 50, 12 iuvit nox sideribus illustris. 2, 82, 19 iuvat credulitatem nox et promptior inter tenebras adfirmatio. 1, 49, 3 quos simul vescentis dies, simul quietos nox habuerat. 13, 17, 1 nox eadem necem Britannici et rogum coniunxit. IV, 29, 1 finem labori nox attulit. 2, 14, 1 nox eadem laetam Germanico quietem tulit. 15, 37, 20 quae etiam in femina nox operit. Eiusdem generis est II, 14, 23 ni . . exercitum attinuisset obscurum noctis; cf. 15, 37, 13. — Aliter comparatus est locus G. 11, 7 nox ducere diem videtur. — Similitudinem „diei" sequitur lux[2]). 1, 70, 20 lux reddidit terram. 14, 10, 3 lucem opperiebatur tamquam exitium adlaturam. Nec discrepat ab hoc usu 4, 62, 14 quos principium cladis in mortem adflixerat cf. 68, 2. — I, 16, 13 ut neque mea senectus conferre plus populo Romano possit quam bonum successorem neque tua plus iuventa quam . . 6, 32, 21 bona iuventae senectus flagitiosa obliteravit. De „aetatis" locis qui hunc usum sequuntur cf. Lex. Tac. pg. 56 a) γ) pg. 57 b) α. — 6, 33 13 cum . . unum reliquum (sc. incessum) . . aestas impediret. 1, 30, 4 auxerat militum curas praematura hiems. 4, 51, 10 reliquis praematura . . hiems subvenit. 12, 50, 7 atrox hiems . . (perpellit) Vologesen.

Agens indicitur „mors". V, 9, 14 motum Caesaris mors diremit. 1, 3, 12 Gaium . . mors fato propera vel Liviae dolus abstulit. 2, 51, 1. 70, 10 moderabatur cursui (sc. Piso), quo propius regrederetur, si mors Germanici Suriam aperuisset. 4, 35, 4 quos mors odio aut gratiae exemisset. 14, 52, 1 mors Burri infregit Senecae potentiam. Eodem modo usus est substantivis, quae sunt „finis, caedes, exitus". I, 4, 6 finis Neronis . . varios motus animorum . . conciverat. II, 31, 4 addiderat huic terrorem . . caedes Galbae. IV, 11, 10 plurimum terroris intulit caedes Calpurnii Galeriani. 15, 29, 15 quos (sc. motus) augebat insita adhuc oculis exercituum Romanorum caedes et obsidio. 4, 33, 12 clari ducum exitus retinent ac redintegrant legentium animos. — Aliquo modo potest comparari cum his locis 4, 62, 16 „quos . . nondum vita deseruerat"; alibi hoc substantivo eo modo de quo dico usus non est. Praeterea pertinent huc I, 26, 1 infecit ea tabes legionum . . mentes. V, 3, 2 orta . . tabe quae corpora foedaret. 11, 6, 9 ut quo modo vis morborum medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis ferat. 12, 50, 7 tabes . . (perpellit) Vologesen omittere praesentia. V, 4, 8 qua (sc. clade) ipsos scabies quondam turpaverat. Minus huc pertinet 2, 47, 7 asper-

---

[1]) Hoc idem legitur apud Sallustium et Livium; sed cf. Liv. 27, 2, 8 nox . . diremit pugnantes.

[2]) Liv. 27, 47, 10 ubi prima lux transitum . . ostendisset.

rima in Sardianos lues plurimum in eosdem misericordiae traxit cf. Nipp. 3, 9. 3, 64, 1 Iuliae Augustae valetudo atrox necessitudinem principi fecit . . reditus. 71, 11 quotiens valetudo adversa flaminem Dialem incessisset. Multo audacius id est, quod legitur 14, 22, 21 anceps valetudo (sc. Neronis) iram deum adfirmavit. — Semel ita usus est „morbo“ IV, 84, 8 cunctantem . . morbi . . (fatigabant).

His adnectendi videntur ei loci ubi rebus[1]) secundis et adversis et quae sunt eiusdem generis actio tribuitur. A 32, 4 quem (sc. exercitum) . . ut secundae res tenent, ita adversae dissolvent. I, 15, 20 secundae res acrioribus stimulis animos explorant. II, 1, 11 (augebant) famam . . prosperae Vespasiani res. III, 49, 4 felicitas . . superbiam ceteraque occulta mala patefecit. — D 37, 22 quae mala eloquentiae materiam subministrabant. I, 89, 4 belli mala . ., quae motu Vindicis haud perinde plebem attriverant. IV, 54, 15 si populum Romanum . . interna mala fregissent. A 34, 11 novissimae res et extremo metu torpor defixere aciem. II, 7, 9 multos dulcedo praedarum stimulabat, alios ambiguae domi res. IV, 37, 5 res adversae discordiam peperere. 11, 32, 7 Messalina . ., quamquam res adversae consilium eximerent, . . . III, 41, 13 quos adversa non mutaverant. 12, 31, 2 in Britannia P. Ostorium . . turbidae res excepere. IV, 84, 8 cunctantem varia pernicies . . fatigabat. 6, 26, 11 Agrippinae pernicies . . Plancinam traxit. 1, 73, 3 quanta Tiberii arte gravissimum exitium inrepserit . . cunctaque corripuerit. 4, 62, 21 „comperto quos illa vis perculisset“: idem intellegitur quod v. 2 dicitur malum. 6, 23, 4 incusare casus, qui reum abstulissent.

Bellum, seditio, proelium, clades, pax quaeque sunt similia cum verbis agendi coniunguntur.[2]) Ac de „belli“ usu satis habeo legentes delegavisse ad Lex. Tac. pg. 139 e), ubi ea quae huc pertinent inveniuntur. Unus locus videtur afferendus esse: II, 6, 7 „omnes trans mare secutum est bellum“ propter similitudinem, quae ei est cum Sallustiano[3]) loco et Liviano. Eadem ratione IV, 3, 12 civilia arma . . omnis provincias exercitusque lustraverant. — A 16, 23 seditio sine sanguine stetit. II, 68, 23 saepius . . Verginium omnis seditio infestavit. 13, 48, 4 ea seditio ad saxa . . progressa ne caedem et arma proliceret. 1, 16, 2 legiones seditio incessit. Semel tumultus ita legitur II, 49, 2 curas animo volutantem repens tumultus avertit. — V, 10, 3 Suriae legatum varia proelia ac saepius adversa excepere. 12, 39, 15 ducem . . non proelium, at certe bellum absumpsisset. A 30, 7 priores pugnae . . spem ac subsidium in nostris manibus habebant i. e. ei qui prioribus pugnis certabant. — 1, 51, 7 excivit

---

[1]) Caes. b. G. 7, 30, 3 reliquorum imperatorum res adversae auctoritatem minuunt. At eodem loco actionem „incommodo“ tribuere veritus est. Liv. 27, 3, 8. 30, 30, 10 iam aetas senem, . . iam secundae, iam adversae res . . erudiverunt. 27, 40, 4 secunda . . gesta . . rem publicam excepisse.

[2]) Caes. b. G. 1, 40, 8. Liv. 27, 40, 4 cum . . clades . . exercitus . . delesset. 28, 33, 7 „maior caedes fuit quam quantam edere levia . . proelia solent“: quod proeliantium est, proelio ipsi tribuitur. 30, 31, 4 . . periculum, . . excidium nobis . . arma induerunt. 27, 40, 3. 44, 5. 28, 15, 13. 44, 8 multa . . bellum aperiet. 29, 1, 4. 6, 13. 7, 10. 35, 4, 1. 38, 32, 3. 29, 26, 4.

[3]) Epist. Pomp. §. 9 exercitus hinc et cum eo omne bellum Hispaniae in Italiam transgredientur. Liv. 3, 68, 7 bellum . . arcem et Capitolium scandet, et in domos vestras vos persequetur.

ea clades Bructeros. Simili modo II, 27, 1 haud perinde id damnum Vitellianos in metum compulit quam ad modestiam composuit. IV, 79, 22 crebra damna famam victoriae .. lacerabant. — D 13, 3 illos certamina et pericula sua ad consulatus evexerint. IV, 72, 16 nec perinde periculum obstupefecerat. 4, 59, 1 oblatum Caesari .. periculum auxit vana rumoris praebuitque ipsi materiem, cur .. 15, 12, 17 erant quos pericula fratrum .. propriis stimulis incenderent. — III, 28, 5 non iam sanguis neque vulnera morabantur, quin subruerent vallum. 2, 21, 8 inprompto iam Arminio ob continua pericula, sive illum .. vulnus tardaverat. 4, 49, 13 quos vulnera, quos sitis peremerat. — D 37, 35 plures bonos proeliatores bella quam pax ferunt. II, 17, 3 longa pax ad omne servitium fregerat faciles (sc. milites) occupantibus. 12, 12, 2 militares artes per otium ignotae, industriosque aut ignavos pax in aequo tenet. — Similis his locus legitur D 38, 18 longa temporum quies et continuum populi otium et assidua senatus tranquillitas .. eloquentiam .. pacaverat. — IV, 38, 11 quorum cupiditates .. nulla umquam civilis victoria satiavit. 14, 21, 14 oratorum .. victorias incitamentum ingeniis adlaturas.

Sequatur usus amicitiae, odii, discordiae et quae sunt eiusdem generis. 2, 34, 9 quam (sc. Urgulaniam) supra leges amicitia Augustae extulerat. 6, 29, 15 nihil hunc amicitia Seiani, sed labefecit .. Macronis odium. 13, 45, 5 Ollium .. amicitia Seiani pervertit. 37, 16 redintegrata amicitia, quae novis .. beneficiis locum aperiret. 2, 71, 9 si quos spes meae, si quos propinquus sanguis .. movebat, inlacrimabunt. 3, 12, 24 si quos propinquus sanguis aut fides sua patronos dedit. Similiter D 3, 19 cum te .. tot coloniarum .. clientelae in forum vocent. — IV, 73, 9 quos (sc. patres) discordiae usque ad exitium fatigabant. 1, 54, 6 ludos .. turbavit discordia ex certamine histrionum. 12, 32, 6 ortae apud Brigantes discordiae retraxere ducem. 16, 21, 6 ea offensio altius penetrabat.

Paupertas et divitiae, gloria et honor quaeque sunt his similia agentia finxit. D 8, 13 notabilior paupertas et angustiae rerum .. eos circumsteterunt. I, 48, 22 Pisonis supremam voluntatem paupertas firmavit. III, 50, 18 ipsos .. inopia (terrebat). V, 3, 11 inopia aquae fatigabat. IV, 35, 1 nostros .. egestas copiarum fatigabat. 60, 1 obsessos hinc fides, inde egestas inter decus ac flagitium distrahebant. 1, 68, 8. His addo I, 85, 7 quos .. opes .. rumoribus (obiecerant). II, 5, 5 Mucianum .. magnificentia et opes .. extollebant. III, 72, 15 (Capitolium) consul dedicavit ea magnificentia, quam immensae postea populi Romani opes ornarent potius quam augerent. 3, 54, 21 nisi provinciarum copiae et dominis et servitiis et agris subvenerint ... 14, 14, 20 merces ab eo qui iubere potest vim necessitatis adfert. Huc videtur referendum D 11, 11 studiorum .. sacra profanantem Vatinii potentiam fregi. 13, 4, 9 ut .. paucorum potentia grassaretur. — D 40, 2 ipsa inimicitiarum gloria .. oratoribus faces admovebat. II, 4, 7 aemulatio et proximi exercitus gloria depulerat segnitiam. IV, 55, 9 Sabinum . . falsae stirpis gloria incendebat. 4, 33, 23 gloria ac virtus infensos habet, ut nimis ex propinquo diversa arguens. 12, 42, 9 qui honos sacerdotibus .. concessus venerationem augebat feminae. — 2, 13, 11 incendit ea contumelia legionum iras. 12, 40, 15 stimulante ignominia. 15, 44, 8 non ope humana .. decedebat infamia.

Adiungo non frequentem usum artis et eloquentiae, scientiae et notitiae. G 24, 3 exercitatio artem paravit, ars decorem. D 28, 4 eloquentiam et ceteras artes descivisse ab illa vetere gloria. 8, 6 nec hoc illis .. ter milies sestertium praestat, sed ipsa eloquentia.

32, 20. 37, 35 cf. totum locum. 31, 23 sunt apud quos.. singula statim argumenta concludens dicendi genus plus fidei meretur. — D 32, 5 ipsa multarum artium scientia.. nos ornat atque.. eminet et excellit. A 10, 5 insularum quas Romana notitia complectitur maxima.

Venio ad usum epistolae, literarum[1]), commentariorum et quae sunt his similia. I, 74, 2 crebrae ab Othone ad Vitellium epistulae offerebant pecuniam et gratiam. 74, 13 addit epistulas Fabius Valens.. magnificas et concordiam offerentes; increpabat ultro, quod... II, 54, 13 donec missae a Fabio Valente epistulae demerent metum. De III, 9, 25 et IV, 32, 1 cf. infra. IV, 4, 1 miserat Mucianus epistulas.., quae materiam sermonibus praebuere. 3, 17 addidere alacritatem Vespasiani literae. 24, 15 his.. vocibus instinctos flammavere.. allatae a Vespasiano literae. 31, 2 cuius (sc. proelii) eventum literae Primi Antonii docuere. Bis hic „epistolae“ et „literarum“ usus in annalibus invenitur, si huc referre licet 4, 41, 8 cum per milites commearent (sc. literae) et 6, 24, 7 liberti epistulae servorum nomina praeferebant. At 2, 60, 9 „manebant.. literae.., priorem opulentiam complexae“ alia est significatio „literarum“; huc minus pertinet 6, 47, 13 „nullae in eos imperatoris literae suspicionem dabant“ quoniam vis sententiae in adiectivo posita est „das Nichtvorhandensein eines Schreibens“ Nipp. Non discrepat ab hoc usu 4, 34, 18 Pollionis scripta egregiam eorundem memoriam tradunt. 6, 47, 12 tormentis servorum Macronem praesedisse commentarii ad senatum missi ferebant. Eiusdem fere generis sunt D 3, 16 te tragoediae istae non satiant. 9, 1 carmina et versus.. neque dignitatem conciliant neque utilitates alunt; voluptatem autem brevem.. consequuntur. — Sermo[2]), oratio[3]), sententia, opinio, coniectura, vox, sim. cum verbis agendi coniunguntur. D 14, 9 delectasset te et Apri.. accuratissimus sermo.. et Materni.. pro carminibus suis laeta.. (et).. audentior.. oratio. 14, 14 me.. sermo iste infinitia voluptate adfecisset, atque id ipsum delectat, quod.. cf. 2, 28, 6 congressus abnuit: posse.. eodem Flacco internuntio sermones commeare. 4, 68, 19 ii sermones.. speciem artae amicitiae fecere. 14, 62, 1 varius sermo.. terruit simul audientem et accendit. Audacius quam ceteris locis videtur dixisse 2, 82, 5 hoc egisse secretos Augustae cum Plancina sermones. His adicio D 3, 4 nihilne te.. fabulae malignorum terrent? i. e. sermunculi. — D 31, 25 alios.. aequabilis.. oratio magis delectat. 37, 25 non.. Demosthenem orationes illustrant quas.. cf. 13, 3, 7 quamquam oratio a Seneca composita multum cultus praeferret. D 35, 14 suasoriae.. minus prudentiae exigentes. — Rarissime actionem Tacitus tribuit sententiae[4]): I, 32, 8 Galbam duae sententiae

[1]) Hunc usum sprevit Caesar et ut videtur Sallustius, Livius admisit cf. 27, 4, 1. 39,1. 50, 9. 35, 25, 5. 37, 25, 8. 51, 8.

[2]) Satis insolenter dixit Liv. 28, 9, 15 hi sermones spectantium Neronem usque in Capitolium prosecuti sunt cf. Weissenb.

[3]) Apud Caesarem non ita observavi, sed cf. Sall. Cat. 20, 15. 51, 10. Iug. 85, 27. Similiter Cat. 58, 1. Iug. 85, 50. Liv. 35, 19, 7. 37, 53, 6. 6, 6.

[4]) Nusquam T. id dixit quod apud priores scriptores satis usitatum est „sententia vicit, superat“: in eorum locum substituit 6, 44, 16. 13, 27, 13 ea (haec) sententia valuit. Simili modo 12, 3, 1 praevaluere haec. IV, 8, 22 vicit pars quae.. malebat. 56, 3 vicit ratio parcendi i. e. sententia eorum qui parcendum censebant. Sprevit etiam id quod apud Caesarem et Livium legitur „sententia cen-

distinebant[1]). cf. A 45, 4 intra Albanam arcem sententia Messalini strepebat. 2, 36, 6 haud dubium erat eam sententiam altius penetrare. — 14, 22, 7 auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. 16, 1, 9 ut coniectura demonstrat. — A 9, 20 comitante opinione Britanniam ei provinciam dari. 15, 20, 16 nobis opinio decedat... II, 1, 11 (augebant) famam .. praesaga responsa. V, 13, 9 quae ambages .. Titum praedixerat. 1, 70, 13 non vox et mutui hortatus iuvabant adversante unda. III, 50, 18 ipsos .. seditiosae militum voces terrebant. 14, 45, 2 dissonae voces respondebant .. plurimorum indubiam innocentiam miserantium cf. 15, 20, 3. 13, 15, 14 urguentibus Agrippinae minis. III, 32, 18 vernile dictum omnem invidiam in eum vertit. 15, 68, 15 quae (sc. facetiae) ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt. His adici possunt 14, 57, 17 adsumpta .. Stoicorum adrogantia sectaque, quae turbidos et negotiorum adpetentes faciat. 16, 22, 23 ista (sc. Stoicorum) secta Tuberones et Favonios genuit.

Sequatur usus famae[2]) (cf. Lex. Tac.), rumoris, nuntii. D 10, 4 fama in urbem penetrat. 1, 69, 1 pervaserat .. fama. 70, 22 vagante fama submersas (sc. legiones). 12, 36, 4 fama eius evecta insulas et proximas provincias pervagata. — A 9, 22 haud semper errat fama, aliquando et elegit. D 24, 13 illos fama sua laudat. 3, 26, 10 fama celebravit Cretensium (sc. leges). G 34, 8 .. fama volgavit. I, 41, 1. II, 3, 1. IV, 84, 13. 4, 67, 14 Graecos ea tenuisse .. fama tradit. I, 85, 12 ut quemque nuntium fama adtulisset. 1, 5, 17 excessisse Augustum .. fama eadem tulit. — I, 14, 10 fama consilio eius fidem addiderat. II, 78, 20 has ambages .. exceperat fama et tunc aperiebat. 16, 2 insulas fama victricis classis in partibus Othonis tenuit. III, 78, 22 obsessi Capitolii fama cunctos .. (excivit). 15, 33, 10 quos fama acciverat. 2, 25, 1 fama classis amissae .. Germanos ad spem belli .. erexit. Eandem rationem sequuntur „rumor, nuntius". A 43, 6 augebat miserationem constans rumor. 15, 15, 4 addidit rumor sub iugum missas legiones. Multo audacius est quod invenitur III, 75, 6 sermonis nimius erat (sc. Sabinus): id unum .. calumniatus est rumor. Semper absolute dixit Tacitus „rumor incedit, incessit" — hoc in minoribus libris et historiis non legitur — 1, 5, 2. 2, 55, 29. 4, 46, 8. 6, 23, 12. 11, 32, 1. 15, 15, 15 eodemque modo 15, 39, 11 „pervaserat r." et „fama incessit" IV, 54, 13. 13, 54, 1. — I, 50, 3 trepidam urbem .. novus .. de Vitellio nuntius exterruit. 15, 1, 8 illum .. novus .. nuntius contumeliae exstimulat. I, 76, 1 primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius. IV, 79, 9 Civilis illuc .. intenderat ..: sed tristis nuntius avertit. III, 48, 12 Vespasianum .. proelii nuntius .. adsequitur. 2, 75, 8. IV, 28, 13 ne quis occultus nuntius .. auxilii penetraret. — A 28, 16 fuere quos .. indicium

set, decernit" cf. Naegelsb. Stil. pag. 408, qui attulit Caes. b. c. 2, 30, 1 „erant sententiae, quae .. censerent" et Liv. 30, 7, 6 una (sc. sententia) .. legatos .. decernebat, altera Hannibalem revocabat. Quibus locis addendi sunt Caes. b. g. 7, 77, 2. Liv. 2, 4, 3. 4, 6, 7 Claudi sententia consules armabat in tribunos. 9, 3, 12 ista .. sententia .. neque amicos parat nec inimicos tollit. Praetulit Tacitus aliud dicendi genus cf. 14, 45, 4 praevaluit pars, quae supplicium decernebat.

[1]) Imitatus videtur esse Liv. 5, 20, 4 duae senatum distinebant sententiae.

[2]) Ex Caesare dignum est quod afferatur b. c. 1, 53, 2 haec Afranius Petreiusque .. pleniora Romam .. perscribebant. Multa rumor affingebat (at Nipperd. „multa rumore affingebantur"). Liv. 27, 31, 2 fama eius rei Philippum .. excivit cf. Tac. III, 78, 22. Liv. 27, 39, 9 f. .. edocuerat. 35, 7, 7 f. auxerat. 28, 24, 4. 35, 23, 2 rumores .. falsa veris miscebant.

tanti casus inlustravit. — 6, 28, 17 nihil usurpavisse ex his, quae vetus memoria firmavit.

Exempla, documenta, experientia, usus agentia inducuntur. IV, 8, 3 vetera exempla, quae sortem legationibus posuissent. 3, 50, 6 suppliciis ac remediis principis moderatio maiorumque et vestra exempla temperant (aliter II, 64, 7). IV, 74, 23 moneant vos utriusque fortunae documenta. V, 6, 18 cuius (sc. bituminis) legendi usum . . experientia docuit. 12, 7 metus atque usus pleraque monstravere. Simili modo V, 15, 10 proelii eventus utrumque ducem . . erexit.

Transeo ad aliam rem. Atque Draegerus in eo libro, cuius supra mentionem feci, diligentissime exposuit de Taciti studio orationis variandae eaque quae ad eam rem pertinent in genera digessit cf. §. 233. Fugit [1]) autem hominem doctissimum variationis quoddam genus, quod quam maxime orationis Taciteae proprium est. Primum enim ea orationis forma Tacitus utitur, ut in eodem enuntiato subiectum personale quod dicitur sequatur vel praecedat ea res, quae agens inducitur; verbum personae et rei commune plerumque in fine enuntiati positum est. Incipiam ab eo loco quem iam in initio disputationis collocavi IV, 9, 10 [2]) „eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit", ubi Madvigius id quod in Mediceo est iniuria mutavit. Nam primum ille videtur minus perspexisse Tacitum esse studiosissimum orationis variandae, deinde sententia loci non est, modestissimum quemque id egisse, ut in oblivionem sententia adduceretur, sed id Tacitus dicit, eam excidisse ex memoria hominum et in oblivionem venisse. D 13, 22 non me fremitus salutantium nec anhelans libertus excitet. 41, 5 (municipium) aut vicinus populus aut domestica discordia agitat. G 7, 9 non casus nec fortuita conglobatio turmam . . facit, sed familiae. I, 16, 13 (Neronem) non Vindex . . aut ego . ., sed sua immanitas, sua luxuria cervicibus publicis depulerunt. 30, 11 Galbam consensus generis humani, me Galba consentientibus vobis Caesarem dixit. 40, 11 nec illos Capitolii adspectus et . . templorum religio et priores et futuri principes terruere. 84, 21 sic fit ut hinc res publica, inde hostes rei publicae constiterint. II, 81, 14 tantum . . peditum . . et . . regum paratus speciem fortunae principalis effecerant. 92, 5 quae (sc. odia) . . pravitas amicorum et fecunda gignendis inimicitiis civitas auxerat. III, 6, 3 gloriam ei dux Corbulo et prosperae . . res addiderant. 11, 13 nec tam Primus et Aponianus . . eripuere Saturninum, quam obscuritas latebrarum. 38, 17 quem tot Germanicae legiones, tot provinciae virtute ac fide, tantum denique terrarum ac maris . . arceat. IV, 57, 12 Galbam et infracta tributa hostiles spiritus induisse. 1, 42, 2 illum sua maiestas, imperium Romanum ceteri exercitus defendent. 2, 11, 14 ceteros vis sua aut equites . . subvenientes periculo exemere. 77, 10 ut te . . indefensum planctus Agrippinae ac vulgus imperitum primo rumore rapiant. Paulo aliter 4, 12, 4 quod principium favoris et mater Agrippina spem male tegens perniciem adceleravere. 15, 50, 23 hic occasio solitudinis, ibi ipsa frequentia . . animum exstimu-

[1]) Aliud variationis genus a Draegero praetermissum observavit Greefius in „Philol. Anz. IV, pg. 299".

[2]) cf. Liv. 28, 29, 5 auferat omnia . . oblivio, si potest, si non, utrumque silentium tegat.

laverant. Notabile variationis exemplum legitur 1, 10, 7 sive hostis illos (sc. Hirtium et Pansam), seu Pansam venenum . ., sui milites Hirtium et . . Caesar abstulerat.

Alterum variationis genus hoc est. Duo enuntiata sibi respondent vel opponuntur ita, ut utrumque habeat suum praedicatum; id, quod agens inducitur, in priore vel in posteriore enuntiato positum est. I, 25, 11 suspensos . . diversis artibus stimulant. . . erant quos memoria Neronis ac desiderium prioris licentiae accenderet: in commune omnes metu . . terrebantur. 74, 2 crebrae . . epistulae offerebant pecuniam et gratiam . . . paria Vitellius ostentabat. II, 77, 13 hos ira, odium, ultionis cupiditas ad virtutem accendit: illi per fastidium . . hebescunt. 100, 19 nec sciri potest traxeritne (sc. Bassus) Caecinam, an . . eadem illos pravitas inpulerit. III, 27, 4 ut discretus labor fortes ignavosque distingueret atque ipsa contentione decoris accenderentur (sc. legiones). 27, 8 dexteriora valli octava . . Claudiana (sc. sumpsit); tertiadecumanos ad Brixianam portam impetus tulit. 68, 5 repentina vis dictatorem Caesarem oppresserat . .; Piso et Galba tamquam in acie cecidere. IV, 65, 9 si qui in finibus nostris fuerant, eos bellum absumpsit vel in suas quisque sedes refugerunt. V, 21, 9 Civilis . . tranatavit; . .: Tutorem Classicumque lintres transvexere. 2, 17, 17 virtus seu fraus eadem Inguiomero effugium dedit: ceteri passim trucidati. 43, 24 Tiberius Drusum fovebat: Germanico alienatio patrui amorem apud ceteros auxerat, et quia claritudine materni generis anteibat. 6, 33, 13 cum alios incessus hostis clausisset, unum reliquum aestas impediret. 35, 16 fama . . occisi falso credita exterruit Parthos victoriamque concessere (sc. Parthi). 14, 45, 2 sententiae Cassii ut nemo unus contra ire ausus est, ita dissonae voces respondebant . . plurimorum . . innocentiam miserantium. 16, 32, 7 quantum misericordiae saevitia accusationis permoverat, tantum irae P. Egnatius testis concivit.

Hoc dicendi genus Tacitus ita variat, ut prius enuntiatum vel enuntiati membrum aut forma passive proferatur aut vim passivam habeat; in posteriore id est quod agens inducitur. I, 48, 22 testamentum . . Vini magnitudine opum inritum: Pisonis supremam voluntatem paupertas firmavit. II, 17, 11 miles non iam flumine . . arcebatur; invitabat quin etiam Batavos . . Padus ipse. III, 32, 15 ceteri duces in obscuro: Antonium fortuna famaque omnium oculis exposuerat. 2, 17, 22 quidam . . in summa arborum nisi . . figebantur, alios prorutae arbores adflixere. 33, 4 decretum ne vasa auro solida . . fierent, ne vestis serica viros foedaret. 83, 18 quaedam statim omissa sunt aut vetustas obliteravit. 3, 46, 19 in villam . . cum fidissimis pergit. illic sua manu . . occidere: incensa villa omnes cremavit. 52, 6 alia sumptuum . . occultabantur; ventris et ganeae paratus adsiduis sermonibus vulgati fecerant curam, ne . . 12, 60, 12 cum Semproniis rogationibus equester ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursum Serviliae leges senatui iudicia redderent. 13, 26, 17 ut metu coerceantur, quos beneficia non mutavissent. 14, 40, 14 Fabianus Antoniusque . . lege Cornelia damnantur. Marcellum memoria maiorum et preces Caesaris poenae . . exemere. 45, 10 ne mos antiquus, quem misericordia non minuerat, per saevitiam intenderetur. 15, 71, 20 pellitur Crispinus occasione coniurationis, sed Neroni invisus . .; Rufum claritudo nominis expulit. — Locus maxime insignis variatae structurae legitur V, 11, 12 „urbem . . opera molesque firmaverant, quis vel plana satis muni-

rentur", quocum apte comparari potest 6, 33, 14 hibernus auster revolvit fluctus pulsoque introrsus freto brevia litorum nudantur. — Nonnunquam fit, ut subiectum personale quod dicitur rebus interponatur. II, 3, 1 conditorem templi regem Aëriam vetus memoria, quidam ipsius deae nomen id perhibent: fama recentior tradit ... Sed hoc exemplorum genus minus observavi.

Non indignus videtur alius usus qui hoc loco subiciatur. Saepe enim apud Tacitum substantiva diversae notionis res significantia subiectorum vicibus ita funguntur, ut unum verbum agendi habeant adiunctum: quam rem paucis exemplis demonstrasse satis habeo. A 11, 4 torti . . crines et posita contra Hispania . . fidem faciunt. II, 1, 10 augebat famam . . Titi ingenium . ., decor oris . ., prosperae Vespasiani res, praesaga responsa, et . . fortuita. 15, 57, 3 illam non verbera, non ignes, non ira . . torquentium . . pervicere, quin . . 2, 17, 19. 19, 1. 62, 10. 82, 19. 13, 15, 13. 3, 50, 6. 6, 38, 4. 50, 1. 50, 7. 16, 18, 5. —

Animus, partes animi, saepissime affectus*) animi agentes iuducuntur. Ac de usu „animi" affero D 12, 6 secedit animus in loca pura . . fruiturque sedibus sacris. II, 47, 14 eat hic mecum animus. Multo audacius illud est, quod Seneca de se dicit 14, 53, 20 animus . . talis hortos exstruit et per haec suburbana incedit et . . tam lato faenore exuberat. — Ingenio, rationi, menti tribuit Tacitus actionem D 21, 23 minus effecit quam divinum eius ingenium postulabat. A 4, 17 sublime . . ingenium (sc. Agricolae) pulchritudinem . . eccelsae gloriae . . adpetebat. II, 1, 10. A 4, 19 mox mitigavit (sc. eum) ratio et aetas. Alia significatio „rationis" legitur A 18, 20 naves deerant: ratio et constantia ducis transvexit. D 17, 20 si eum . . vel captivitas vel voluntas . . in urbem pertraxisset. 1, 43, 9 tua, dive Auguste, . . mens, tua, pater Druse, imago, tui memoria . . eluant hanc maculam. — Nomina affectuum coniunguntur cum verbis intrandi, invadendi, incedendi, capiendi et quae sunt similia. A 5, 14 intravit animum militaris gloria cupido. II, 2, 8 illum cupido incessit adeundi . . templum. V, 23, 1. De absoluto qui dicitur usu verbi incedendi cf. Her. ad II, 63, 12. 1, 49, 12 truces . . animos cupido involat eundi in hostem. 61, 1 cupido Caesarem invadit solvendi suprema militibus. I, 37, 10 horror animum subit. 63, 8 is terror Gallias invasit, ut . . III, 63, 14 tanta torpedo invaserat animum, ut . . 1, 39, 4 pavidos . . intrat metus. 11, 28, 8 subibat . . metus reputantes hebetem Claudium. Non adiecto accusativo legitur verbum subeundi A 3, 9. I, 13, 10. III, 31, 19; praeterea 2, 2, 5 qui locus Heraeum fugit cf. ad I, 13 et II, 70. Semel usus est Tacitus verbo occupandi, quod apud priores satis usitatum est: 4, 74, 3 pavor internus occupaverat animos cf. 6, 24, 17 obturbabant . . patres . .: sed penetrabat pavor et admiratio. 1, 43, 11 quos iam pudor et gloria intrat. 16, 26, 8 ut Neronem flagitiorum pudor

*) Apud Caesarem et Sallustium usus substautivorum affectuum fere nihil memorabile habet. Afferendi videntur pauci loci. b. G. 3, 17, 4 quos spes praedandi studiumque bellandi ab agricultura . . revocabat. 6, 34, 4 praedae cupiditas multos longius evocabat. 7, 26, 4 timor misericordiam non recipit. Satis insolenter Sall. Iug. 57, 6 ne illos quidem, qui procul manserant, timor animi satis muniverat. 108, 3 lubidinem advorsum nos, metum pro nobis suasisse. — Liv. 27, 12, 16. 28, 15, 9. 38, 50, 3. 28, 19, 10. 30, 11, 7 eum aut vincentibus spes aut pulsis ira adgregat suos. 11, 8 equitatum certaminis studium effundit.

caperet. 16, 2. Saepius praedicati locum obtinent verba impellendi, rarius prohibendi quaeque animi affectum significant. D 39, 23 ut frigidissimos quoque oratores ipsa certantis populi studia excitare et incendere potuerint. V, 1, 4. 4, 66, 1 cf. infra. A 16, 9 quos conscientia defectionis et propius ex legato timor agitabat. I, 83, 13 (cupiditas vel odium) multos exercitus in discordiam egere. II, 38, 14 eadem illos deum ira, eadem hominum rabies . . in discordiam egere. A 36, 20 ut quemque formido tulerat. III, 27, 8 tertiadecumanos ad . . portam impetus tulit. II, 26, 4 cum dispersos . . pavor fugientium abriperet. V, 2, 10 quos . . metus atque odium mutare sedes perpulerit. I, 15, 17 me praeclara indoles tua et amor patriae impulit, ut... 19, 16 ut quemque metus vel spes impulerat. III, 4, 9 Flavianum . . rerum novarum cupido . . impulerat. 14, 1 ut quemque dolor impulerat. 12, 20, 3 Claudius . . dubitavit... hinc dolor iniuriarum et libido vindictae adigebat. I, 25, 11 erant quos . . desiderium prioris licentiae accenderet. II, 77, 13 hos ira, odium, ultionis cupiditas ad virtutem accendit. IV, 7, 1 Marcelli studium proprius rubor excitabat, ne... V, 15, 14 Romanos pudor excitaverat. 1, 15 quos . . sua quemque spes acciverat. — D 23, 27 si nostra iudicia malignitas et invidia tardaverit. III, 50, 20 festinatio atque aviditas praepediebat. 41, 10 pudor et praesentis ducis reverentia morabatur (sc. milites). 14, 13, 13 se in omnes libidines effudit, quas.. matris reverentia tardaverat. 11, 35, 8 dolorem pudor impediebat. 15, 50, 23 . . animum exstimulaverant, nisi impunitatis cupido retinuisset. IV, 65, 2 neque subire conditiones metus futuri neque palam aspernari condicio praesens sinebat. — I, 63, 3 omni comitate exceptos subitus pavor terruit. IV, 72, 16 nec perinde periculum aut metus quam pudor aut dedecus obstupefecerat. 12, 35, 1 obstupefecit ea alacritas ducem Romanum. 11, 19, 1 is terror milites hostesque in diversum adfecit. — His adiungam A 38, 15 praecesserat terror. IV, 79, 13 circumsteterat Civilem alius metus. — Sequantur reliqua exempla nonnunquam satis audacia, quo in numero praeter cetera videntur commemoranda esse verba commendandi, monstrandi, arguendi. A 16, 6 nec ullum in barbaris saevitiae genus omisit ira et victoria i. e. Britanni irati et laetitia victoriae elati. 2, 57, 10 qualem (sc. sermonem) ira . . gignit. IV, 84, 8 cunctantem . . caelestium ira . . fatigabat. III, 80, 13 sacrum legatorum ius . . civilis rabies usque in exitium temerasset. 1, 41, 12 flexit (sc. milites seditiosos) . . invidia in Treveros. 6, 29, 15 hunc . . labefecit . . Macronis odium. 4, 36, 12 quem odium publicum tutiorem faciebat. D 6, 24 sive . . sive novam . . curam non sine aliqua trepidatione animi attulerit, ipsa sollicitudo commendat eventum. I, 42, 2 ambigitur, consumpseritne vocem eius instans metus. 3, 67, 7 qui (sc. metus) exercitam quoque eloquentiam debilitat. 6, 29, 4 promptas eius modi mortes metus carnificis faciebat. V, 12, 7 metus atque usus multa monstravere. I, 76, 7 eadem formido provinciam Narbonensem ad Vitellium vertit. II, 22, 12 cum augeret stragem trepidatio. 44, 7 legatum irae militum inconsultus pavor obtulit. III, 10, 13 tanquam nimius pavor conscientiam argueret. 25, 4 quos suus quemque impetus vel pavor contraheret diduceretve. 21, 6 is terror obstructas mentes consiliis ducis aperuit. IV, 6, 4 ea ultio.. senatum in studia diduxerat. II, 93, 8 Gallorum obnoxia morbis corpora fluminis aviditas labefecit. 1, 65, 23 iuvit hostium aviditas. 2, 62, 10 quos (sc. negotiatores).. cupido augendi pecuniam.. hostilem in agrum transtulerat. Minus audacter dictum est id, quod inveni-

tur 14, 22, 18 nimia luxus cupido infamiam et periculum Neroni tulit. 2, 40, 4 Tiberium anceps cura distrahere. 3, 24, 25 nos pudor .. in melius mutet. II, 42, 1 mentes falsum gaudium in languorem vertit. III, 44, 5 Britannias inclinatus erga Vespasianum favor .. non sine motu adiunxit ceterarum (sc. legionum). II, 2, 1 his .. inter spem metumque iactatum (sc. Titum) spes vicit. V, 26, 2 spe vitae, quae plerumque magnos animos infringit. 2, 36, 10 quamvis repulsam propinqua spes soletur. „Spes alqm fallit, frustratur" quod apud priores legitur, Tacitus vitavit. „Spes consolatur" Ciceronianum est. 3, 46, 4 etsi praesumpta spes hortandi causas exemerat. 14, 45, 10 quem (sc. morem) misericordia non minuerat. II, 4, 18 tantum his vigoris addiderat quies et .. belli amor. (Loc. corr.) 15, 49, 9 Lateranum consulem .. nulla iniuria, sed amor rei publicae sociavit. V, 1, 4 „certantibus provinciarum et exercituum studiis". Hoc uno loco Tacitum verbum certandi cum substantivo abstracto coniunxisse Lex. Tacit. docet pg. 165. 4, 66, 1 studia procerum et largitio principis .. solacium tulerant. D 39, 23 cf. supra. I, 62, 8 ardor et vis militum .. ducis munia implebat. II, 46, 4 non expectavit militum ardor vocem imperatoris.

Substantivis affectuum addo usum nominum qualitates significantium: eae autem sunt aut hominum aut rerum et abstractorum. Hic usus frequentissimus est. D 37, 16 splendor reorum et magnitudo causarum .. plurimum eloquentiae praestant. G 29, 9 protulit magnitudo populi Romani .. imperii reverentiam. A 4, 16 ni prudentia matris .. flagrantem animum (sc. Agricolae) coercuisset. D 23, 27 si nostra iudicia malignitas .. tardaverit. A 9, 13 nec illi .. aut facilitas auctoritatem aut severitas amorem deminuit. I, 5, 12 severitas eius (sc. Galbae) angebat aspernantes veterem disciplinam. 12, 14 amicorum cupiditates ipsa Galbae facilitas intendebat. 11, 28, 10 ipsa facilitas imperatoris fiduciam dabat. G 45, 17 luxuria nostra dedit nomen (sc. sucino). I, 30, 5 falluntur quibus luxuria specie liberalitatis inponit. 16, 13 (Neronem) sua immanitas, sua luxuria cervicibus publicis depulerunt; cf. 14, 11, 14. D 28, 10 (vitia) natos .. excipiunt. A 16, 17 ignoscere vitiis blandientibus. I, 30, 2 vitia evertere imperium. 71, 4 plus formidinis adferebant falsae virtutes et vitia reditura. G 20, 5 donec aetas separet ingenuos, virtus adgnoscat. At A 1, 4 „magna aliqua .. virtus vicit ac supergressa est vitium" intellegitur vir magna virtute praeditus. G 40, 1 Langobardos paucitas nobilitat. 13, 8 insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adulescentulis adsignant. I, 85, 7 quos nobilitas .. aut aliqua insignis claritudo rumoribus obiecerat. 83, 14 nimia pietas vestra acrius .. excitavit (sc. tumultum). 30, 20 trascendet haec licentia in provincias. Alia significatione 14, 50, 8 licentia habendi (sc. libros) oblivionem attulit. 15, 20, 10 oratorum licentia Cinciam rogationem, .. magistratuum avaritia Calpurnia scita pepererunt. 14, 32, 22 „quam (sc. provinciam) avaritia eius in bellum egerat". In prioribus editionibus non legitur „eius" (addidit Ritt.): itaque verterunt Boetticher, Schlüter, Roth „durch seine habsucht". 49, 1 libertas Thraseae servitium aliorum rupit. II, 92, 5 quae (sc. odia) .. pravitas amicorum .. auxerat. 100, 19 eadem illos pravitas inpulerit. 74, 8 omnis exercitus flammaverat adrogantia .. militum. 16, 3 Corsicam prope adflixit .. procuratoris temeritas. IV, 42, 29 invenit aemulos etiam infelix nequitia. 8, 13 saevitiam Neronis per eius modi imagines inlusisse. 1, 74, 4 formam vitae iniit, quam postea celebrem .. audaciae hominum

fecerunt. 2, 39, 1 mancipii unius audacia . . armis civilibus rem publicam perculisset. II, 93, 8 Gallorum obnoxia morbis corpora . . aestus impatientia labefecit. 99, 3 Valentem e gravi . . morbo . . adsurgentem infirmitas tardabat. III, 33, 3 non dignitas, non aetas protegebat. 1, 39, 14 quem dignitas fuga impediverat. 14, 43, 13 quem dignitas sua defendet, cum praefectura urbis non profuerit. III, 80, 10 auxit invidiam . . propria dignatio viri. 1, 42, 2 illum sua maiestas . . (defendet). IV, 60, 1 obsessos hinc fides, inde egestas inter decus ac flagitium distrahebant. 3, 12, 24 si quos . . fides sua patronos dedit. 2, 33, 20 facilem adsensum Gallo . . similitudo audientium dedit. 13, 45, 1 insignis . . inpudicitia magnorum . . malorum initium fecit. 14, 55, 16 quantum Volusio longa parsimonia quaesivit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. 15, 49, 5 promptissimos Subrium Flavum . . et Sulpicium Asprum . . extitisse constantia exitus docet. 16, 18, 3 ut alios industria, ita hunc ignavia ad famam protulerat. 16, 5 patientia servilis . . (fatigat) animum. — Qualitates locorum et rerum eodem modo usurpantur. IV, 22, 15 spem oppugnantium augebat amplitudo valli. V, 14, 7 neuter ducum cunctator, sed arcebat latitudo camporum. 14, 33, 9 si quos . . loci dulcedo attinuerat. A 32, 16. G 45, 3 solis fulgor . . sidera hebetat. II, 7, 9 multos dulcedo praedarum stimulabat. 4, 64, 1 ignis violentia urbem ultra solitum adfecit. 15, 18, 7 quamvis . . naves . . violentia tempestatis et . . alias . . fortuitus ignis absumpsisset. 12, 57, 7 vis aquarum prorumpens proxima trahebat. V, 14, 12 Germanos fluminibus suetos levitas armorum et proceritas corporum attollit. 2, 39, 6 ausa eius impedivit tarditas onerariae navis. — Abstractorum qualitates eandem rationem sequuntur. D 8, 8 cuius (sc. eloquentiae) numen et caelestis vis multa . . exempla edidit. D 37, 16 cf. supra. A 30, 12 nos . . sinus famae in hunc diem defendit. I, 83, 18 num . . occasionum velocitas patitur. III, 84, 28 deformitas exitus misericordiam abstulerat. 1, 74, 4 formam vitae iniit, quam postea celebrem miseriae temporum . . fecerunt. 4, 3, 20 magnitudo facinoris metum, prolationes . . adferebat. 45, 11 nullam vim tantam doloris fore, ut veritatem eliceret. 33, 12 varietates proeliorum, clari ducum exitus retinent ac redintegrant legentium animos. 14, 55, 6 in ea . . aetate, cuius auctoritas tueretur quidquid illud . . tribuisset. 15, 28, 7 ut dissimilitudo fortunae gloriam augeret. 71, 20 Rufum claritudo nominis expulit. 16, 13, 4 omne mortalium genus vis pestilentiae depopulabatur. 32, 7 quantum misericordiae saevitia accusationis permoverat. 35, 9 lentitudine exitus graves cruciatus adferente.

Nomina, quae actionem*) vel eum statum qui sequitur actionem significant, cum verbis agendi coniunguntur. Primum omnium exemplorum ponam D 24, 15

---

*) Substantiva actiones atque qualitates hominum et rerum significantia non raro apud Caesarem, Sallustium, Livium verba agendi adiuncta habent; cf. b. G. 1, 40, 8 si quos . . fuga Gallorum commoveret. 2, 20, 2. 6, 41, 3 quem timorem adventus Caesaris sustulit. 3, 18, 3 quem (sc. tumultum) repentinus Caesaris adventus concitaverat. b. c. 1, 4, 2. 3, 36, 8 Cassio industria Domitii, Favonio Scipionis celeritas salutem attulit. 73, 5. 2, 27, 5 quae facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. b. c. 2, 38, 2. — b. G. 2, 22, 1. 7, 17, 2. 46, 3. b. c. 2, 35, 4. b. G. 3, 14, 4 (turres) altitudo puppium . . superabat. 5, 1, 3 quam ad rem humilitas (sc. navium) multum adiuvat. 6, 24, 5 Gallis provinciarum propinquitas . . multa . . largitur. b. c. 1, 82, 5 propinquitas castrorum celerem . . receptum dabat. 7, 11, 9 itinerum angustiae multitudinis fugam intercluserunt. 52, 3.

cum . . viginti annos . . effici ratio temporum collegerit. Ad quem locum Andresen annotavit: „singularis hic usus, quo „ratio“ subiectum quod grammatici dicunt, verbi „collegerit“ intelligendum est“ delegatque nos ad ea quae exposuit Helmreich Blätt. f. d. bayr. gymn. pag. 256. Is contulit Colum. 3, 10, 13 „disputatio nostra colligebat“, quem locum a Klotzio Lex. tom. I sub v. colligendi video allatum. Mihi quidem ea lectio, quam omnes editores receperunt, nihil offensionis videtur habere. Multo audaciora apud Tacitum leguntur cf., ut pauca afferam, D 6, 24. III, 10, 13. 75, 6. 2, 82, 5. 14, 22, 21. D 14, 18 disputationes . . et ingenium alunt et . . oblectamentum . . vobis . . adferunt. 39, 7 nobiles equos cursus et spatia probant. A 9, 5 quia castrensis iurisdictio secura . . ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat. 11, 9 positio caeli corporibus habitum dedit cf. 4, 33, 12 situs gentium . . redintegrant legentium animos. A 30, 12 nos recessus ipse . . defendit. 16, 18 interventus civilium armorum praebuit iustam causam segnitiae. 45, 7 nos Mauri Rusticique visus (sc. perculit). 32, 16. IV, 46, 13 illos primus adspectus obstupefecerat. 72, 13. 14, 4, 20. A 46, 19 multos . . oblivio obruit. 2, 62, 10 quos (sc. negotiatores) . . oblivio patriae . . hostilem in agrum transtulerat. I, 44, 4 recordatio maiestatis in Galba . . animum imagine tristi confuderat. III, 31, 19 subit recordatio. — His addo I, 25, 11 erant quos memoria Neronis ac desiderium prioris licentiae accenderet. IV, 63, 6 Civilem beneficii memoria flexit. 1, 43, 9 cf. supra. 14, 40, 14 Marcellum memoria maiorum . . poenae . . exemit. — G 7, 9 non fortuita conglobatio turmam . . facit, sed familiae et propinquitates. 24, 3 exercitatio artem paravit. 46, 14 venatus viros . . alit. 45, 5 . . persuasio adicit. 2, 69, 10 saevam vim morbi augebat persuasio veneni a Pisone accepti. IV, 33, 18 is error addit animos. 1, 29, 11 dum superstitio urgeat. I, 16, 8 optimum quemque adoptio inveniet. 15, 19, 12 ne simulata adoptio in ulla parte muneris publici iuvaret ac ne usurpandis quidem hereditatibus prodesset. II, 4, 17 aemulatio . . depulerat segnitiam. IV, 69, 9 deterruit plerosque provinciarum aemulatio cf. 78, 13 et

---

53, 1. 56, 2 viarum difficultas impediebat. b. c. 1, 70, 1 exercitum Caesaris viarum difficultates tardabant. b. G. 8, 6, 3. b. c. 1, 50, 1 nec magnitudo fluminis permittebat . . 2, 2, 5 magnitudo operum, altitudo muri . . omnem administrationem tardabat. 11, 1. — b. G. 2, 22, 1. 33, 2. 4. 23, 5. 5, 16, 3 equestris proelii ratio . . periculum inferebat. 7, 56, 2. b. c. 3, 9, 6 cum diuturnitas oppugnationis neglegentiores Octavianos fecisset. — Ex Sallustio affero Cat. 35, 3 cum . . liberalitas Orestillae suis . . copiis persolveret (sc. aes alienum). 53, 4 paucorum civium egregiam virtutem cuncta patravisse. 58, 4 socordia atque ignavia Lentuli quantam . . nobis cladem adtulerit. M. Aemilii Lepidi orat. §. 1. Epist. Mithr. §. 12. Propter variatam structuram notandus locus Cat. 54, 2 ille . . misericordia clarus factus, huic severitas dignitatem addiderat. — Cat. 58, 20. Iug. 6, 3. 73, 4 illi alteri generis humilitas favorem addiderat. — Frequentissimus est hic usus apud Livium cf. 27, 46, 8 quod (sc. consilium) tutum celeritas fecisset. 50, 7 ipsa celeritas fidem impediebat. 28, 29, 2. 29, 8, 9. 17, 4 Scipionis in eo aut ambitio aut neglegentia iras hominum inritavit. 22, 15. 29, 9. 35, 4, 7. 38, 17, 8. 30, 14, 3. 37, 21, 4. 27, 39, 13 non ipsum ea oppugnatio impedivit, sed Hannibalem continuerat. 40, 1 quas primus adventus Hannibalis intulisset Italiae clades. 29, 35, 12. 35, 23, 10. 37, 35, 1. 28, 8, 14 res in Graecia tranquillas profectio Attali fecerat. 15, 13. 20, 12 aliquantum irae lenierat voluntaria deditio. 30, 8 ipsa cunctatio facultatem . . pugnae ademit. 36, 1 seditio primum militaris, deinde defectio Indibilis animos eius sustulerant. 37, 34, 2. 27, 42, 5. 28, 1, 4. 2, 7. 30, 25, 7. 37, 24, 1. 41, 3. 38, 40, 12 Romanos iniquitas locorum barbaris . . prodebat. 37, 7, 4. 7, 12. 38, 2, 8. 7, 2 Aetolos inde avocavit populatio maritumae orae. 27, 7, 3. 27, 5.

15, 16, 16. II, 38, 17 me . . morum reputatio longius tulit. 84, 2 fatigabat (sc. provincias) . . pecuniarum conquisitio. III, 27, 15 incesserat cunctatio. 50, 20 festinatio atque aviditas praepediebat. 3, 66, 16 Bruttedium . . festinatio extimulabat, dum aequalis . . anteire parat. 36, 8 illum . . proditio Lucilii Bassi et defectio classis . . perculit. 34, 10 inritas praedam militibus effecerat consensus Italiae. 59, 3 haud dubium erga Flavianas partes studium . . pavidus Vitellii discessus addidit. 68, 14 fletu praepediente. 1, 41, 2 gemitus ac planctus etiam militum ora advertere cf. 15, 38, 13. IV, 45, 2 reconciliavit . . studia patrum habita in senatu cognitio secundum veterem morem. 4, 42, 2 habita . . cognitio . . Tiberium perpulit ut . . . 16, 30, 10 an placabilis Nero, an cognitio senatus nihil atrox adferret. 2, 33, 20 facilem adsensum Gallo . . confessio vitiorum . . dedit. 43, 24 Germanico alienatio patrui amorem apud ceteros auxerat. 57, 10 qualem (sc. sermonem) . . dissimulatio gignit cf. 6, 50, 1. 2, 82, 19 iuvat credulitatem . . promptior inter tenebras adfirmatio. 3, 52, 13 an coerceri cupidines possent, num coercitio plus damni in rem publicam ferret. 6, 17, 12 eversio rei familiaris dignitatem ac famam praeceps dabat. 18, 14 Theophani caelestes honores Graeca adulatio tribuerat. 38, 13 cui (sc. veritati) adulatio officit. 14, 10, 5 eum . . tribunorum adulatio ad spem firmavit; cf. 4, 14 blandimentum sublevavit metum. 6, 21, 5 si vanitatis aut fraudum suspitio incesseret. 15, 29, 15 quos (sc. motus) augebat . . exercituum . . caedes et obsidio. 20, 11 candidatorum ambitus . . Iulias leges . . pepererunt. — In fine huius generis ponendus videtur locus memorabilis I, 17, 10 circumsteterat Palatium publica expectatio, magni secreti impatiens i. e. populus expectationis plenus.

Quae hactenus exposui, aliquo modo ad rationes revocare conatus sum: restat numerus non ita magnus exemplorum, quae quoniam in genera digeri non possunt, separatim hoc loco ponam. Huc pertinent A 3, 5 nec spem modo ac votum securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur adsumpserit cf. Andr. D 3, 19 cum te tot amicorum causae . . in forum vocent. Similiter 23, 24 quotiens causa poscit, . . permittit (codd. permittitur). Alia substantivi significatione 2, 46, 13 exercitus propriae . . causae stimulabant. 15, 49, 7 Lucanum propriae causae accendebant. D 36, 4 eadem ratio . . eloquentiam provexit. G 6, 4 prout ratio (sc. pugnae) poscit. I, 83, 18 num . . ratio rerum . . patitur cf. Her. G 28, 8 nomen significat loci veterem memoriam. II, 53, 4 invisum . . Marcelli nomen inritaverat Caecinam. 2, 44, 9 Maroboduum regis nomen invisum (sc. reddebat), Arminium pro libertate bellantem favor habebat. De explicatione loci cf. Draeger; Greef De praep. usu apud Tac. pg. 34. 35; Lex. Tac. pag. 512 h. IV, 41, 10 Sariolenum recens crimen urguebat. Alibi hoc substantivo ita usus non est cf. 43, 5. I, 10, 9 palam laudares (sc. Mucianum), secreta male audiebant i. e. privata vita. (Altero loco „male audire“ de hominibus dicitur D 18, 26.) At I, 22, 9 „multos secreta Poppaeae mathematicos . . habuerant“ homines intelleguntur. II, 4, 18 quantum illis roboris . . labor . . addiderat. 19, 1 is labor . . contundit animos. III, 68, 2 quem non commoveret illa facies (bild, erscheinung), Romanum principem . . per urbem exire de imperio. 2, 19, 1 haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia quam ea species dolore et ira adfecit. IV, 83, 21 „donec eadem species . . exitium ipsi . . denuntiaret“ species per somnum oblata significatur.

I, 7, 13 principi . . male facta . . invidiam adferebant. 1, 51, 3. 14, 33, 9 si quos inbellis sexus aut fessa aetas . . attinuerat. 1, 65, 6 ducem terruit dira quies i. e. somnus. 74, 19 manebant . . vestigia morientis libertatis. 2, 16, 13 intentus paratusque miles, ut ordo agminis in aciem adsisteret i. e. ut milites eodem ordine, quem in itinere servaverant, in aciem adsisterent. 47, 3 neque solitum in tali casu effugium subveniebat i. e. potestas effugiendi. 3, 30, 18 satias capit . . illos. 54, 25 divites satias in melius mutet. 1, 3, 13. 4, 3, 3 dolus intervalla.. poscebat. 40, 10 quas (sc. inimicitias) longe acrius arsuras, si matrimonium Liviae velut in partes domum Caesarum distraxisset. 12, 57, 5 convivium effluvio lacus adpositum magna formidine cunctos adfecit. 13, 46, 3 ut accenderet (sc. principem Otho) ac, si eadem femina poterentur, id quoque vinculum potentiam ei adiceret. 14, 3, 15 cuius (sc. navis) pars . . in mari per artem soluta effunderet ignaram.

Addam quae videntur addenda esse de usu participiorum perf. pass. cum substantivis, rarius cum pronominibus ita coniunctorum, ut vis posita sit in participiis: haec igitur accipiunt significationem substantivorum verbalium quae dicuntur. Qui usus quam late pateat, ex eis quae collegerunt Rup. IV. pg. 829, Boettich. Lex. Tac. pg. 339, Roth, Agric. pg. 186, Iungclaussen, Kiel 1848 pg. 33, Draeg. §. 210 non satis videtur apparere. Id autem, quod apud Livium legitur, nusquam Tacitus sibi concessit, ut omisso pronomine participium solum ita usurparet. D 37, 27 nec Ciceronem magnum oratorem P. Quinctius defensus aut Licinius Archias faciunt. 1, 16, 2 mutatus princeps licentiam turbarum .. ostendebat. 42, 6 neve occisus Augusti pronepos, interfecta Tiberii nurus nocentiores vos faciant. 2, 84, 7 tamquam auctus liberis Drusus domum Germanici magis urgeret. 3, 24, 3 inlustrium domuum adversa . . solacio adfecit D. Silanus Iuniae familiae redditus. 12, 69, 14 ne antepositus filio privignus . . animos vulgi turbaret. 13, 40, 17 decurio equitum . . sagittis confixus ceteros ad obsequium exemplo firmaverat. — I, 18, 1 observatum id . . non terruit Galbam. 1, 24, 1 haec audita . . Tiberium perpulere ut. . . 4, 52, 14 audita haec raram occulti pectoris vocem elicuere. 1, 52, 1 nuntiata ea Tiberium laetitia . . adfecere. II, 24, 2 angebant Caecinam nequiquam omnia coepta et senescens exercitus sui fama. 5, 5 Mucianum magnificentia et opes et cuncta privatum modum supergressa extollebant. IV, 68, 1 cuncta in deterius audita Mucianum angebant. 2, 57, 1 cuncta socialia prospere composita non ideo laetum Germanicum habebant ob superbiam Pisonis. — A 11, 4 torti . . crines et posita contra Hispania . . fidem faciunt. 25, 12 Britannos . . classis visa obstupefaciebat. I, 80, 8 visa inter temulentos arma cupidinem sui movere. II, 66, 2 angebat Vitellium victarum legionum haudquaquam fractus animus. 98, 9 Pannoniae Alpes praesidiis insessae nuntios retinebant. III, 59, 1 terrorem Italiae possessa Mevania velut renatum ex integro bellum intulerat. 32, 10 auxit invidiam editum . . a Caecina gladiatorum spectaculum . . et praebiti in acie Vitellianis cibi, caesae quaedam feminae. 9, 25 recitatae pro contione epistulae addidere fiduciam. IV, 32, 1 lectae . . epistulae Antonii ad Civilem suspiciones militum irritavere. III, 39, 2 ne dilata Blaesi mors maturam perniciem, palam iussa atrocem invidiam ferret. 73, 1 plus pavoris obsessis . . intulit (sc. Capitolium crematum). IV, 19, 12 quos (sc. ministros) ambiguus auxiliorum animus et . . suppletae legiones

angebant. cf. 26, 3 animos .. efferabant .. dilectum Galliae aspernantes. 42, 4 Regulum subversa Crassorum . . domus in . . odium extulerat. 29, 13 sonus molientium aut adpositae scalae hostem in manus dederant. 54, 1 audita . . mors Vitellii duplicaverat bellum. 2, 82, 9 hos vulgi sermones audita mors incendit. IV, 57, 12 infracta tributa hostiles spiritus induisse. 63, 10 disiecta (sc. colonia) Ubios quoque dispersisset. V, 21, 11 obstitit formido et remiges . . dispersi. 1, 59, 4 Arminium . . rapta uxor, subiectus servitio uxoris uterus vaecordem agebant. 72, 17 hunc . . asperavere carmina incertis auctoribus vulgata. 12, 39, 8 quos accendebat vulgata imperatoris Romani vox. 3, 52, 6 ganeae paratus . . vulgati fecerant curam ne . . . 4, 7 nihil . . Tiberium magis penetrabat quam studia hominum accensa in Agrippinam. 54, 8 leges . . contemptu abolitae securiorem luxu fecere. 54, 23 hanc .. curam sustinet princeps; haec omissa . . rem publicam trahet. 4, 26, 3 huic negatus honor gloriam intendit. 6, 27, 7 non permissa provincia dignationem addiderat (sc. Aelio Lamiae). 4, 51, 12 suorum atque hostium ignoratio et . . repercussae . . voces adeo cuncta miscuerant, ut . . . 6, 46, 6 de Claudio agitanti inminuta mens eius obstitit. 13, 3, 16 Gai Caesaris turbata mens vim dicendi non corrupit. 11, 25, 16 motos senatu excusatosque simul propositurum, ut iudicium censorum ac pudor sponte cedentium permixta ignominiam mollirent. 12, 50, 7 parum provisi commeatus . . perpellunt Vologesen . . . 67, 3 soluta alvus subvenisse videbatur. 14, 14, 13 evulgatus pudor non satietatem . ., sed incitamentum attulit. 16, 16, 5 patientia servilis tantumque sanguinis domi perditum fatigant animum et maestitia restringunt. — Amplificavit Tacitus hunc usum 4, 12, 4. III, 32, 10. IV, 26, 3 et 4 et 5. 42, 17. 6, 47, 12. 12, 35, 2 et 3: de qua re cf. Nipp. ad 3, 9, 12.

